



24


8.8 num. 36

DE
CASTRENSIBVS
EXERCITVVM IMPERIALIVM
ATQVE CIRCVLARIVM
SACRIS

DISSERIT

FRIEDERICVS GVLIELMVS
TAFINGER

PHILOS. ET V. I. D. HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD.
SERENISS. WVRTEM BERG. DVCIS
CONSILIARIUS.



TVBINGAE, LITTERIS ERHARDIANIS.
MDCCCLXIII.



EX LIBRIS
HERIBERTI MELLERIA
ATRON CHICOLARIA
SAGITTIS
FREIBERG-GUTTELMAN
TATINGER

BRANDENBURGIANA LIBRARY
1750



§. I.

Sacra in castris atque Sacerdotes habuerunt Israelitæ , Græci , Romani
atque Germani.

D e castris exercituum imperialium atque circularium sacris quædam dicturo demonstrandum pluribus non demum est , antiquissimis temporibus sacra quoque sua in bello fecisse a) gentes , tam divinæ veritatis lumine illustratas , quam infidelitatis adhuc involutas tenebris , siuosque semper secum in castris habuisse sacerdotes . Sic Israelitæ in bello non solum b) sacerdotes , cultum peragentes divinum , &

ære ciere viros , martemque accendere cantu solitos , sed in primis quoque superiorem quandam c) sacerdotem , unctum d) belli dicere solitum , secum habebant.

A

Simili



Simili ratione *Græcos e) Romanosque f)* suos in castris
habuisse sacerdotes &c

pontifices, sacri quibus est permissa potestas,
constat, a quo more nec alieni fuerunt *Germani veteres*,
sacerdotibus g) ipsorum, Bardorum h) Druidarumque no-
mine insignitis, castrensi fungentibus sacerdotio, suisque
non solum cantionibus i) civium animos ad fortitudinem
excitantibus, sed etiam, quum referente k) Tacito neque
animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem,
nisi Sacerdotibus permisum, non quasi in pœnam, nec
ducis jussu, sed velut Deo imperante, quem bellantibus
adesse credebant, ipsas l) pœnas exequentibus.

- a) *Conf. in genere Jo. Petr. MÜLLER de devorionibus veterum in bellis.* Lips. 1730. 4. *Godofredi Ephraim. MÜLLERI historisch philologische Abhandlung von den Feldpriestern der Völker alter Zeiten.* Dresden und Leipzig 1750. 8.
- b) *De Israëlitarum sacerdotibus in castris vid. cit. Godofr. Epbr. MÜLLERI Abhandlung rel. I. Abschnitt von den Feldpriestern der Jüden.* pag. 61. seqq. *Christiani WILDVOGELII diss. de buccinatoribus eorumque jure,* Jen. 1711. rec. Hal. 1753. §. 13. pag. 16. *Georgii Friderici MÜLLERI Königlich Preußisches Kriegsrecht, oder vollständiger Inbegriff aller dergenigen publicirten Gesetze, Obreranzen und Gewohnheiten, welche bey der königl. Preußischen Armee zu beobachten sind.* Berlin 1760. 8. 1. Theil, 1. Cap. adnotat. ad §. 1. pag. 4.
- c) *Conf. diss. philologica de sacerdote castrensi Hebraeorum, quam sub præsidio professoris MILLII anno 1719. Ultraiecti defendit Hieronymus von ALPHEN.*
- d) *Rationes, existentiam huius sacerdotis, belli caussa uncti, dubiam reddentes vide in Jo. Godofredi LAKEMACHERI obser-*

observationibus philolog. P. 3. *observat.* 3. *de sacerdote ca-*
strensi, seu belli causa uncto pag. 236. Existentiam autem
huius sacerdotis, a summo sacerdote distincti probarunt M.
Chph. KRETSCHMAR in Commentatione de uncto belli 1738. 4.
& cit. Godofr. Ephr. MÜLLER cit. I. Abschnitt. §. 2. seqq.
pag. 72. seqq.

- e) *De Sacerdotibus Græcorum castrenibus* vid. cit. *Godofr. Ephr. MÜLLERI cit. Abhandlung II. Abschnitt von den Feldpriestern der Griechen.* pag. 98. seqq. Sic „Alexander (inquit CVRTIVS lib. 4. c. 13. ad preces & vota Aristandrum vocari iubet. Ille in candida veste, verbenas manu præferens, capite velato, præibat regi preces Jovem, Minervam Vitem, & etiamque propitianti.
- f) *De Sacerdotibus Romanorum castrenibus* vid. cit. *Godofr. Ephr. MÜLLERI cit. Abhandlung III. Abschnitt von den Feldpriestern der Römern* pag. 149. seqq. in primis quoque de illis notari meretur sequens LIVII testimonium in L. 1. c. 36. „Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicato, geretur rel.
- g) *De Sacerdotibus veterum Germanorum castrenibus* vid. cit. *Godofr. Ephr. MÜLLERI Abhandlung IV. Abschnitt von den Feldpriestern der alten Teutschen* pag. 242. seqq., ubi in primis §. 1. pag. 246. Bardos sequentibus verbis describit: „Die Barden waren eine Art Priester der alten Teutschen, welche so wohl in Friedenszeiten als Lehrer der schönen Wissenschaften, als auch im Kriege in der Würde der Feldpriester gebraucht wurden, um feyerliche Lieder zu dichten, in Music zu setzen, und auch abzusingen, wodurch die Teutschen zur Tapferkeit und Unerstrockenheit gereizt wurden.
- b) *Scripta de Druidis agentia enarrantur in celeb. Jo. Ge. FRICKII commentatione de Druidis,* Ulmae 1744. 4. edita, quibus vero addi adhuc possunt non nominata ibidem *Jo. Georg.*



*Georg. Christophori FEVERLEIN programmata II. quibus
Druidarum in terris Onoldinis olim exercita religio explanatur,
anno 1726. publicata, & a celeberr. Jo. Paulo REINHARD
relata in Partem I. der Samlung seltener Schriften, welche die
Historie Frankenlandes, und der angränzenden Gegenden er-
läutern. num. V. pag. 369. seqq.*

- 2) Conf. cit. *Godofr. Ephr. MÜLLERI* cit. IV. Abschnitt, ubi de cantionibus hisce, quas Barditum vocabant, quædam ex Tacito refert, cui iungi etiam potest *Notitia Suevæ antiquæ, ortum & progressum Suevorum ad tempora infelcis cum Francis ad Tolbiacum commissi prælii exhibens*, in diss. a Jo. Casp. BRECHENMACHERO sub præsidio Burc. Gotb. STRVIII Jen. 1716. habita, §. 46. not. o. & p. pag. 111. & 112. in B. Jo. Reinhardi WEGELINI thesaurum rerum suevicarum, seu dissertationum selectarum Vol. I. Lindavæ 1756. fol. edit. relata.
- 3) Conf. *TACITVS de moribus Germanorum cap. 7.* cum quo ipso loco, ad quem videri in primis meretur ICti, & eruditio[n]is, & humanitatis laude illustris, Fautoris mei colendissimi, *Georgii Christiani GEBÄVERI programma de re iudicaria militari veterum Germanorum ad Taciti German. cap. VI. VII. & XIV.* agens, Goettingæ anno 1760. 4. editum, summosque in iure honores *Generosissimo Wilhelmo Hermanno RIEDESEL Baroni ab EYSENBACH* collatos indicans, conspirat quoque *STRABO in geograph. lib. 4.* pag. 172. inquiens: „Justissimi autem omnium opinione Druidæ, ideo & privata & publica iudicia eorum fidei mandantur, adeo „ut rem etiam bellicam iudicarent, & martem collaturi illis „iubentibus adfisterent, capitis quoque iudicia horum sententiae „permittebantur.
- 4) Conf. illustr. Jo. Sam. Friedrici BOEHMERI dissertatio historico iuridica de exequutionis pænarum capitalium honestate, Hal. 1738. rec. ibid. 1745. 5. 29. seqq. Jo. Adami KOPPII historia iuris 1741. rec. 1750. 8. Marburg. Part. 5. epoch. I. thef. 5.

§. II.



§. II.

Christiani antiqui sua quoque in castris
sacra fecerunt, clericos, a militia alias
prohibitos, secum habentes.

Reparata postea per Jesum Christum humani generis
salute, licet milites *a*) quoque christianam amplexi sint
fidem, multique christiani sub gentilibus *b*) imperatoribus
militaverint, totæque legiones *c*) christianam professæ
fidem; illas ipsas tamen præcones aut sacerdotes castrenses
publicos ante seculum quintum *d*) habuisse, ob ratio-
nem illorum temporum, publicum christianæ religionis
cultum nondum concedentem, non est probabile. Quum
vero postea ipse imperator Constantinus M. *e*) ipsiusque
in imperio successores, aliqui reges terrarumque domini
christianam professi religionem, & sacra christianorum
privata facta essent publica, i. e. publice omnibus in impe-
rii ditionibus permissa atque adprobata, ita ut quæ antea
privato coëuntium consilio susciperentur, iam publica
ipsius principis christiani fierent auctoritate *f*), magnique
sæpius in aciem educerentur exercitus, christianis *g*) tan-
tum constantes militibus; adfuisse illis ipsis quoque exerci-
tibus, non militandi armaque *h*) gerendi, sed potius actus
facros peragendi *i*) caussa concionatores seu sacerdotes ca-
strenses, vix ac ne vix quidem dubitandum videtur esse.
Quamvis enim graviter legibus ecclesiasticis, castra sectari,
interdictum fuerit clericis, in castris tamen non negligenda
esse sacra, gravesque, qui illa ipsa dirigerent, viros
constituendos, agnitus fuit, statutumque, eligendum esse

A 3

episco-



episcopum cum nonnullis presbyteris, qui sacra in castris obirent munia, sacramenta administrarent, &c, inquiente THOMASINO, sacrarum reliquiarum pignora ad ea, tanquam inexpugnabile cœlestis militiae præsidium illis demum, qui pro religione & pietate certarent, ad futurum k) vectarent, dummodo ab armis abstinerent, nec manus consererent, quippe quod immaniter ab eorum sacra professione abhorrere l) visum.

a) Patet id ipsum ex variis scripturæ sacræ locis, conferrique etiam potest Georg. Henr. GOETZ de centurione sub cruce. Lips. 1698. Jo. FECHT de pietate Cornelii centurionis. Roscoeb. 1701.

b) Testatur idem Tertullianus in suo pro christianis apologetico cap. 42. ubi inquit: „Navigamus & nos vobiscum, „& vobiscum militamus. „ Conf. ARNOLDI Abbildung der ersten Christen lib. 5. cap. 5. & Christ. KORTHOLT de persequeutione eccles. primæv. cap. 3. §. 20.

c) Legionum christianarum, Thebanæ & fulminatricis, mentionem præter cit. Godofr. Ephr. MÜLLERVM in cit. Abhandlung IV. Abschnitt §. 5. pag. 308. facit Carol. Aug. BOEHMER in opusculo de jure militum ecclesiastico rel. cum præfatione patris, Justi Henning. BOEHMERI de iure ecclesiasticorum militari Halæ 1730. edito, cap. 1. §. 3. not. b. pag. 13. seqq. Legionis fulminatricis quoque meminit, ad EVSEBII lib. 5. bistor. ecclesiast. cap. 5. provocans, Caspar. ZIEGLERI Sidiroxylon ecclesiasticum, sive episcopus miles in veteri eccllesia invisus. Vitemberg. 1672. cap. 2. §. 3. Conf. quoque Jo. FRICKIUS de legione fulminatrice. Lips. 1696. Sigism. Jac. BAVMGARTEN examen miraculi legionis fulminatricis contra Th. Woolston. diss. III. Hal. 1740. & 1741. edit.

d) Idem

- d) Idem statuit, probavitque cit. *Godofr. Epbr. MÜLLER cit.*
Abhandlung cit. loc. pag. 310.
- e) De *Constantino M.* imperatore, qui referente, & ad
EVSEBII lib. 4. de vit. Constant. c. 18. testimonium pro-
 vocante *Justo Henning. BOEHMERO in diss. iuris ecclae-
 siastici de ure precum publicarum, von öffentlichen Kirchenge-
 betern Hal. 1705.* rec. *ibid. 1733. cap. 1. §. 14.* pag. 16. se-
 quentem militibus suis precandi formulam, omnibus mili-
 tibus commendandam, præscripsit: „Te solum Deum agno-
 scimus, Te regem profitemur, Te adiutorem invocamus,
 „per Te victorias consequuti sumus, per Te hostes supera-
 vimus, abs Te præsentem felicitatem consequutos fate-
 mur, & futuram indepturos speramus, tui omnes suppli-
 ces sumus, abs Te petimus, ut *Constantinum imperato-*
 rem nostrum una cum piis eius liberis quam diutissime
 „salvum & victorem conferves.,, in genere conferri pos-
 sunt *Adami KVNADE Constantinus M. evangelicus. Vitemberg-*
 1666. *Jo. Christianus WOLFIUS de visione crucis Constanti-*
 no M. in caelo oblatæ. *Vitemb. 1676.* *Jo. FRICKIVS de fide*
Constantini M. baud dubie christiana. Ulm. 1713. *Burc.*
Gothb. STRV VII Constantinus M. ex rationibns politicis chri-
stianus. Jen. 1713. *G. C. LENTNER de Constantino M. non*
ex rationibus politicis christiano. Lips. 1714.
- f) Observavit hancce mutationem *Just. Henning. BOEHMER*
 tam in *diss. juris gentium de privatis legatorum sacris, Hal.*
 1713. *cap. 1. §. 13.* pag. 16. & 17. quam in *diss. de potestate*
civili in templo, Hal. 1719. recus. 1745. *cap. 1. seet. 3. §. 4.*
 pag. 43.
- g) Convenientiam vitæ militaris cum solida veraque pietate christia-
 na agnoverunt Theologi antiquiores æque ac recentiores.
 Sic, observante *Carolo Aug. BOEHMERO not. i.) ad §. III.*
cap. 1. cit. opusculi de jure militum ecclesiastico, AVGUSTI-
NVS in epist. 205. ad Bonifacium ita scribit: „Noli existi-
 „mav, „



„mare, neminem placere Deo posse, qui in rebus bellicis ministret rel. Eandem sententiam, dummodo milites in hoc suo statu ea, quae decent christianos, obseruent, confirmavit quoque post Lutherum in opusculo germanico, quæstionem : *Ob Kriegsleute auch in einem seligen Stande seyn können?* tractantem, in primis quoque *Jo. Franc. BVDDLEVS in institutione theologiae moralis P. 4. cap. 4. §. 25.* & in *Isagoge historico-theologica lib. 2. cap. 4. §. 4.* pag. 624. nec non *HERRENSCHMIDT* in peculiari, quem inscripsit, *der fromme Soldat, tractatu §. 1. seqq.* De christiana religione non omnem damnante militiam conf. *Jo. Gottl. CALOVII examen sententiae veterum christianorum de militia, praeside Sigism. Jacobo BAUMGARTEN Halæ 1754. institutum*, cui iungi potest *Jac. THOMASIVS*, qui *religione christiana non minuit virtutem bellicam contra Machiavellum docuit Lipsiæ 1670.*

- b) Quomodo clericis a militia debuerint esse alieni pluribus docet cit. *ZIEGLERI episcopus miles in veteri ecclesia invisus*, cui iungantur *dissertatio de ecclesia sanguinem non sanguinente, quam Gryphiswaldie 1741. praeside perillutri Viro, Christiano L. B. de NETTELBLA*, iam Cameræ imperialis adflesso gravissimo, mihique faventissimo, defendit celeberr. *Siegfr. Cæso AEMINGA §. 52. seqq.* & *Commentatio iuris publici de summo militiae imperialis praefecto, von des heiligen Römischen Reichs Feldherrn, praeside Jacobo Davide MOEGLINGIO a Jo. Jacobo Helfferich Tübinger 1709. defensa, Jenæque 1745. recusa, cap. 2. §. 24. pag. 68.*
- i) *Jam initio seculi sexti huiusmodi sacerdotum castrorum solis sacrissimis, non militia armisque vacantium, vestigia adparent in Conciliu Ilverdensis, anno 524. in Hispania habiti canone, quem GRATIANVS in distinct. 50. c. 36. sequentibus refert verbis: „de his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant, & Christi corpus & sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrent, ab omnib[us] humano sanguine, etiam hostili se abstineant. rel.*

De

❀ ❀ ❀

De seculo VII. laudatus *Carolus Augustus BOEHMER cit.*
opusc. cap. 2. §. 1. not. a.) pag. 50. seq. testem adducit **B E D A M** hist. eccles. lib. 2. cap. 2. memorantem, *in exercitu*
 Edelfridi, regis Anglorum fortissimi, exstisisse *sacerdotes* eo-
 rum, qui ad exorandum Deum pro milite, bellum agente,
 convenient, seorsim in tutiore loco constituti. Statutum
 idem quoque fuit in *Synodo*, auctoritate *Carolomanni* in
 Francorum regno a Bonifacio celebrata, notante modo lau-
 dato **BOEHMERO** cit loc pag. 51. verbis sequentibus:
 „*Servis Dei* per omnia omnibus *armaturam portare*, vel
 „*pugnare*, aut in exercitum aut hostem pergere, omnino
 „*prohibuimus*, nisi illos solummodo, qui propter *divinum*
 „*ministerium*, *missarum* scil. *solemmnia* adimplenda & sacro-
 „rum patrocinia portanda ad hoc electi sunt. „*Clerici*
 igitur *omnes licet dicta ratione*, observante etiam illustrissimo
 S. R. I. *Comite de Büna* (cuius Mæcenatis, pie iam de-
 functi, quum Jenæ a statibus provincialibus subditisque
 reliquis portionis Saxonie Jenensis, Serenissimi Ducis Saxo-
 Gothani, terrarum Isenacensium atque Jenensium illo tem-
 pore Administratoris nomine ac vice, homagium anno 1751.
 reciperet, insignem præfens expertus sum humanitatem)
 in *Parte II. der Reichsbistorie* pag. 274. ab ipsa exclusi fue-
 rint militia, a sacrâ tamen in castris quoque peragendis
 non fuerunt prohibiti, sed potius, referente **AVENTINO**
 in *annalibus Boiorum* L. 2. p. 170. iussi: „*ut unus* aut ad
 „*summum duo episcopi*, delecti suffragio, *cum suis sacer-*
 „*dotulis principem comitetur ad bella*, sacrificandi compre-
 „*candique caufsa.* „*Eadem ratione* in *Synodo*, a Caro-
 lo M. imperatore convocata sanctum est: „*nullus sacerdos*
 „*in hostem perget*, *nisi duo vel tres tantum episcopi* electione
 „*ceterorum propter benedictionem & prædicationem po-*
 „*pulique reconciliationem*, & cum illis *electi sacerdotes*,
 „*qui bene sciant populis pœnitentias dare*, missas cele-
 „*brare*, de infirmis curam habere, sacratique olei cum
 „*sacris precibus unctionem impendere*, & hoc maxime

B

„*pro-*



„providere, ne sine viatico quis de seculo recedat.“
 Conf. post HARDVINVM in act. concilior. tom. IV. pag. 939.
 P. DANIEL *histoires de la milice françoise* L. 1. c. 2. in f.
 aliosque, cit. Carol. Aug. BOEHMER cit. opusc. pag. 51. in
 fine & pag. 52.

k) Ludov. THOMASSINVS *de vet. & nov. discipl. eccles.*
 P. 3. lib. 1. cap. 40.

l) Erant igitur hi ipsi, ad castra deputati clerici revera *concionatores & sacerdotes castrenses*, unde eos quoque *Abba-tes castrorum* nominari referunt P. DANIEL cit. loc. & Hadr. VALESIVS *bif. Franc.* tom. 3. pag. 14.

§. III.

Hodierni principum Christianorum exercitus sua quoque in castris habent sacra, & in specie quoad copias imperiales atque circulares trium in Germania adprobatarum religionum exercitium locum habet.

Dicenda quoque sunt eadem ratione sacrorum castrensi-
 tum de hodiernis Christianorum principum a) exercitibus in ge-
 nere, tum in specie quoque tam de militia b) imperiali in ser-
 vicio imperatoris c) imperique R. G. constituta, & ad hu-
 ius ipsius defensionem atque conservationem, sub nomine
 der d) Reichs-Armee, Reichs-Exequitions-Armee, in casu
 ne-

❀ ❀ ❀

necessitatis, ubi nempe bellum e) imperii solemne seu publica armorum contentio ab ipso imperio R. G. contra gentes exteris, aut status imperii, suo non satisfacientes officio, suscipitur, ab imperatore imperiique statibus f) formari solita, quam de *militia* g) *circulari*, *Creystroupes*, *Creysvölker* vocari solita, quam ipsam uniuscuiusque imperii R. G. circuli h) status singuli propterea sub nomine *der Creyscontingenzen* alunt perpetuam, quia non solum, prudentissimo ad pacem publicam legumque auctoritatem conservandam instituto, exequutio pacis & iustitiae i) in universa Germania decem, in quas divisa illa ipsa est, circulis commissa est, sed dicta quoque imperialis militia ex coniuncta omnium circulorum k) constare solet militia. Quemadmodum vero in Germania nostra tres tantum receptae sunt ac adprobatae religiones l) *Catholica*, *Lutherana* atque *Reformata*, nullaque alia m) recipienda vel toleranda est religio; ita omnino quoque notandum est, ad militiam circularem æque ac imperiale admitti non solere aliam, quam unam ex tribus istis adprobatis, religionem n) profitentes viros, & proinde earum ipsarum trium religionum exercitium, tam quoad militiam circularem, quam imperiale sibi locum vindicare.

a) Curæ principum Christianorum, nullo ipsius religionis discriminе observato, circa præconum castris consti-tutionem adhibitæ testimonium atque exemplum prorsus eximum præbet *Articulbrief und Kriegsgerichtsordnung vor Hbro Königliche Majestät in Frankreich und derer mit derselben vereinigten Chur- und Fürsten des heil. Römischen Reichsarmee, unterm Commando höchstgedachter Herren Alliirten bestellten General-Lieutenants, Herrn Grafen Wolfgang*



Julii von Hohenlohe Neuenstein, de anno 1658. art. 5. ubi
 statuitur: „ die so wohl in Garnison, als bey die Re-
 gimenter, Brigaden, und Escadronen, oder sonst im
 „ Feld bey Coniunction der allirten Soldatesca bestellte
 „ Priester und Geistliche, sie seyen, von was obgedachten zu-
 „ gelassenen Religionen sie wollen, sollen sich eines unstraf-
 „ baren, exemplarischen, christlichen, nüchtern und mäf-
 „ sigen Lebens überall bekleissen, Gottes Wort predi-
 „ gen, zu dessen Gehör, wie auch den Gebrauch der
 „ hochheiligen Sacramenten des Herrn so wohl Officirer,
 „ als gemeine Reuter und Knechte, fleissig ermahnen rel.
 Conferatur Joachimi Ernesti de BEVST observationum mili-
 tarium continuatio, sive Pars altera, Gothæ 1745 4. cap. 12.
 observat. 372. §. 4. pag. 490. & 491. Cbrist. LÜNIGII
 corpus iuris militare, Lips. 1723. fol. pag. 671. Egregia quo-
 que est, cultum in castris divinum stabiliens, dispositio mili-
 taris Philippi IV. Hispaniarum regis, quæ occurrit in art.
 53. pag. 375. Spanischen Kriegsreglements mit nötigen An-
 merkungen zuerst ans Licht gesteller von Francesco Ventura
 della Sala ed Abarca, Ritter des Ordens von St. Jacob, Sei-
 ner Königlichen Majestät in Spanien Carl II. General Feld-
 marschall Lieutenant, aus dem Spanischen in das Italiänische
 übersetzt von Giuseppo di Zamora, nunmebro auf Sr. Königl.
 Majestät in Preussen allernädigsten Special Befehl in das
 Deutsche gebracht von Otto von Gräben zum Stein, Cammer-
 berrn und Vicepräsidenten der Königl. Societät der Wissen-
 schaften. Berlin 1736. 8. „ Weilen aber die Religion der
 „ wahre Grundstein bey einer Armée, die durch ihr christ-
 „ liches Verfahren einen gesegneten Ausgang der Waffen
 „ erhalten will, seyn muss; so ist höchstnöthig, die Leu-
 „ te in dem christlichen Geborsam zu erhalten, und diesel-
 „ be in denen übrigen Glaubenspuncten zu unterweisen,
 „ dass bey unserer Armée taugliche Seelsorger vorgestellet
 „ werden rel. Eodem quoque tendit, militesque ad pietatem
 excitat Königl. Majestät zu Schweden (Carl Gustav)
 Kriegs-

Kriegsarticulbrief, cuius tit. I. im corpore iuris militaris recognito, ac mulis ex partibus aucto, impensis Christiani Hermsdorffii, Bibliopolie Francofurti ad Mænum 1674. 8. edito, pag. 147. inscriptus est agitque von der Gottesfurcht und dem heiligen Worte Gottes, & tit. II. pag. 150. vom Gottesdienst und Predigen. Qua ratione idem rex, divus Gustavus Adolphus, divinum cultum in suis conservarit castris, docet das Leben Gustav Adolph des grossen, Königes von Schweden, aus dem Englischen des Herrn Walther HARTTE, Canonicus zu Windsor, übersetzt von George Heinrich MARTINI, der W. M. und mit einer Vorrede und Anmerkungen begleitet von Johann Gottlob BÖHMEN rel. I. Theil Leipzig 1760. 4. pag. 408. & II. Theil Leipzig 1761. pag. III. seqq. der Abhandlung über den Europäischen Kriegstaat zu Anfang des siebzehnten Jahrhunderts, welche die Sitten und Gebräuche des damaligen Zeitalters hauptsächlich auf Gustav Adolfs Leben entbäte. Eadem quoque disponuntur in Königl. Majest. zu Dänenmark Kriegsarticulbrief, cit. corp. recogn. pag. 223. seqq. vom Gebör göttlichen Worts, & in specie quoque militibus, tam gregariis, quam in dignitate constitutis divini cultus observatio inculcata fuit in Königl. Dänischer Verordnung wegen gebübrender Heiligung der Sonn- und Feiertage ad. 26. April. 1736. §. 10. in actorum histor. ecclesiasticorum I. Band, VI. Theil, pag. 830.

- b) *Exercitii religionis in castris militiae imperialis meminit qui-dem, sed tribus tantum verbis Jo. Jacob. MASCOV. in exercitatione iuris publici de bello solemnii imperii, Lips. 1721. Sect. 2. §. 12. pag. 45. De militia ista in genere conf. Sam STRYCKII dissertatio de iure militiae imperialis. Hal. 1699.*
- c) *Idem statuit quoque de militia hacce imperiali Steph. WAGA in diss. de iis, quibus ius belligandi competit, Regiomont. 1738. Vitemberg. 1739. §. 14. pag. 38. ubi dicit: „milites in servitio imperatoris et imperii habentur, & audiunt, das Reichsvolk, die Reichsarmee.,,*



d) *Reichsmilice*, dictione quadam hodiernum, quum nomine *milice*, delectum provincialem, Landauschuss, Landmilitz, plerumque denotante, non amplius venire velint milites, non satis adcurata aut honorifica huncce exercitum imperiale vocat *Joannes KOSTKA in observationibus militaribus theoretico-practicis über den Articulbrief Leopoldi I. de anno 1668. gerichtet auf den heutigen Stilum und Gebräuche der kaiserlichen immediat Völker, Wien 1738. ad art. 1. num. 3. pag. 4.* ubi inquit: „Uus (Copiis cæsari propriis) „ist dieser Leopoldinische Articulbrief fürgeschrieben, „nicht vom Kayser coniunctim mit denen Ständen, wie es „wohl an die Reichsmilice erforderlich, sondern vom Kay- „ser allein.“ Militia hæc seu potius exercitus imperialis in *Regimentsordnung anno 1500. auf dem Reichstage zu Augspurg aufgerichtet §. 54 pag. 62. der neuen und vollständigeren Samlung der Reichabschiede (Frankf. 1747.) II. Theil. dicitur des Reichs Volk; in Abschied der Römischen Kaiserlichen Majestät und gemeiner Ständen auf dem Reichstag zu Augspurg im Jahr 1582. aufgericht §. 52. pag. 407. cit. Samlung III. Theil vocatur Reuchs Creyss Hülfen, de qua denominatione conf. cit. Joach. Ern. de BEVST observationum militarium Part. 1. Gotbæ 1743. 4. edit. cap. 3. O. 37. §. 2. pag. 56. & Part. 2. Gotbæ 1745. 4. edit. cap. 2. O. 38. pag. 58. & 59. Petr. MÜLLERI diss. de copiis auxiliaribus statuum imperii von der Reichshülfe, Jen. 1685. rec. 1736. §. 4. pag. 9. In Abschied des Reichstags zu Regenspurg anno 1641. aufgericht §. 31. cit. Samlung III. Theil. pag. 558. venit nomine des kaiserlichen und des heil. Reichs Kriegsheers. Quod hic ipse exercitus vocetur die Reichsarmée, observat Jo. Sam. STRYK in diss. iuris publici de militia lecta provinciali, von der Landmilice. Halæ 1705. edita, & Vitembergæ 1743. recusa, cap. 1. §. 7. pag. 7. Novioris denominationis Reichsexecutions-Armée, lectores mei procul dubio memores erunt omnino omnes.*

e) Conf.

- e) Conf. Jo. Jac. MASCOVII exercitatio iuris publici de bello
solemni imperii Lips. 1721. sect. 1. §. 2. pag. 2. Jo. Ge.
SCHERZ Diss. iuris publici de iure belli in imperio R. G.
Argent. 1719. Lips. 1736.
- f) In hac ipsa formatione, ab imperatore imperique statibus simul & coniunctim fieri solita quærendum est fundamentum distinctionis *militiae imperialis* a *militia cæsarea*, copias imperatori, qua terrarum variarum domino, proprias comprehendente, ad quam ipsam distinctionem respexit quoque Jo. Jac. HELFERICH, Praeceptor meus post fata quoque colendus, *in cit. consumentione de summo militiae imperialis præfecto*, cap. 1. §. 3. pag. 6. inquiens: „Nos autem, quibus sermo est de *belli* „*dice summo, qui rei bellicæ torius reipublicæ R. G. proponitur*, nomen *imperialis præfecti* eo maxime sensu, quo „*a Ducibus a solo cæsare militiae cæsareae, non imperiali præfecti* dignosci possit, eidem tribuimus.“ Eandem distinctionem inter copias imperiales atque cæsareas, non omni effectu destitutam obseruavit quoque cit. KOSTKA *cit. observationibus militaribus theoretico practicis*, in ipso titulo, uti ex nota d) antecedente patet, verba *dever kayservlichen immediat Völker adhibens, & art. 1. num. 2. pag. 3.* scribens: „Dann auch so gut als die berichte Herstellung „der *Reichsarmada*, dass ihre Militz durch mehr denn „ein Mittel zu kayservlichem *Reichsvolk wird*, also beweiset „sich auch im Gegentheil *unsere* (*der glattweg kayservlich genannten*) *Immediatæ*, durch viele wesentliche Stücke, „worinnen wir von dem *Corpo des gemeinen Reichs unterschieden seynd.*“
- g) De hac ipsa *militia circulari* vid. Jo. Gottlieb LAVRENTI I Versuch einer Abhandlung von der Jurisdiction gegen die excedirende und verbrechende Soldaten im heil. Römischen Reiche, I. Theil, Gotha 1742. 8. cap. 7. §. 49. pag. 66. seqq. & II. Theil, Gotha 1744. 7. Abschnitt §. 68. pag. 152. seqq. Sam.



*Sam. STRYK diss. iuris publici de iure militiae circularis,
Hal. 1699.*

- b) Determinatus nempe esse solet in unoquoque circulo I. R. G. certus militum numerus, militiae circulari formanda destinatus, singulisque statibus certa huius numeri pars adsignata, *Creyßcontingent* dici solita. Conf. cit. s CHERZERI *diss. de iure belli in imperio R. G.* §. 15. pag. 29.
- i) De potestate exequendi sententias supremorum imperii tribunalium, circulorum nomine, ipsorum directoribus competente, in primis *in recessu imperii novissimo* §. 160. stabilita, & militiae circularis auxilio nonnunquam exercenda egi in *institutionibus iurisprudentiae cameralis*, *Tub.* 1754. *seet.* 4. *tit.* 5. §. 999. cui loco præter auctores alios, ibidem allegatos adhuc addi possunt *Iacobi le BLEV*, Prof. Gieslens, *dissertatio de potestate imperatorum, tam veterum, quam recentiorum, circa militiam, & modo belligrandi in Germania*, *Giesl.* 1668. *thes.* 19. pag. 28. & cit. de BEVST *observationum militarium Pars altera cap. 1. O.* 28. pag. 40.
- k) Quomodo ex singulorum statuum eiusdem circuli determinato *militum numero militia circularis*, & ex *coniuncta circulorum militia constet imperialis*, quaque ratione *statibus, circulis, imperatori & imperio iuramenti vinculo adstricti* sint milites, obseruavit cit. *Ioannes KOSTKA cit. observation. militar. theoretico pract. ad art. 1. num. 1. pag. 2.* inquiens: „*steben die Creyßtruppen in jedes Herrn und Standes, der sie mirbt, Pflichten, weil derselbe verbunden ist, denen Reichsfästungen nachzukommen: Führet sie aber der Creyßobrife zusammen, so müssen sie auf die Creyßverfaffung Pflicht thun, und hernach, da solche Trouppen unter die General Direction des Reichs-Feldhaupmanns kommen, geloben sie der kayserlichen Majestät und dem Reich, Churfürsten und Ständen insgemein, doch, dass dabey*“

„dabey die Pflicht, die sie einem jeden Wērbherrn gethan, zum Fundament bleibe.“ Conf. quoque cit. Jo. Jac. MASCOVII *exercitatio iuris publici de bello solemnī imperii sect. I. §. 27. seq. pag. 22. seq.*

- 1) Legibus imperii publicis *adprobatas* tantum esse *tres religiones* dictas, observavi in *Diss. iuris evangelicorum ecclesiastici de iure principis circa ecclesiam*, eiusque ministros in genere, & sacramenta in specie, *Tubingae 1759. edita*, §. 3. not. c. pag. 12. Quoad receptionem inter Reformatos, Lutheranos & Catholicos nullam in imperio R. G. diversitatem, nec *ullum discrimen* politicum obtinere, docuit *Sam. STRYK in diss. de iure papali principum evangelicorum. Hal. 1694. recus. ibid. 1738. cap. I. §. 13. pag. 15.* In primis autem notandum est, quod anno 1555. inita, *pax religiosa*, de cuius perennitate anno 1755. *Helmstadii celeberr. Albert. Phil. FRICK*, cognatus & adfinis meus suavissimus differuit, Lutheranos & Catholicos inter se, docente in primis Jo. Georgio WEBERO in *Commentatione symbolico-theologica de ordine ecclesiastico*, ipso anno *confessioni augustanae sacro primum edita*, *recusa autem 1736. Vinariæ, art. XIV. pag. 34. seq. exæquans*, confirmata denuo fuerit, & ad reformatos extensa per *pacis Westphalicæ*, anno 1648. *initæ, instrumentum Osnabrugense art. 7. §. 1. & capitulationem cæsaream Francisci, augustissimi imperatoris art. 2. §. 3. æque ac capitulationem novissimam, electo Regi Romanorum Josepho II. præscriptam.* Conferatur cit. Joach. Ern. de BEVST *observatorium militarium continuatio sive Pars altera, cap. 1. obs. 10. §. 4. pag. 15. & Alexand. HAMMERI*, debita tamen cautione legenda *Diss. inauguralis ecclesiastico-politico-publica de iure principis catholici circa sacra. Bamberg. 1744. cap. 4. sect. I. §. 1. pag. 137. seqq.* quibus omnibus adhuc addi possunt celeberr. Jo. Jac. MOSERI *Nebenstunden von Teutschen Staatsachen, rel. IV. Theil, Frankf. und Leipzig 1757. 8. num. XV. Anmerkungen über die Königl. Schwedische Erklärung*



*Klärung wegen Garantirung des Westphälischen Friedens vom
14. Mart. 1757.*

- m) Statuit id ipsum cit. *Instr. Pacis Westphal. Osnabr. art. 2.*
 §. 2. „ sed præter religiones supra nominatas nulla alia in
 „ sacro imperio Romano recipiatur & toleretur. „ conf.
*Nic. Christophori L. B. de LYNCKER diss. de eo, quod iustum
 est circa personas diversæ religionis, Jen. 1691. recus. ibid.
 1744. Part. gener. §. 8.*
- n) *Judeos in primis ad militaria non admitti servitia*, præter
 quotidianam praxin testatur *Adriani BEIERI iuris militaris
 prudentia Jen. 1712. 8. edita lib. 2. tit. 5. thes. 4. num. 566.*
*seqq. pag. 235. Friedrici MENZII Delectus militaris prudenter
 babendus, Lips. 1727. §. 59. pag. 43. & Kurze Untersuchung
 der Frage: Ob die Juden nicht zur Hand-Arbeit und Erler-
 nung ehrlicher Professionen und Handwerker anzuhalten?
 §. 16. pag. 597. seqq. Leipziger Sammlungen von Wirtschaft-
 lichen, Policey, Cammer, und Finanzsachen V. Band LV. Stück
 Leipzig 1748. quibus iungi quoque possunt *Justi Henning.
 BOEHMERI Diss. de cauta iudeorum tolerantia, Hal. 1708.
 Joannis Dan. GRVEERI, historiographi & consiliarii aulici
 Regis magnæ Britanniæ, Electoris Hannoverani, diss. de
 iudeo milite, Hal. 1723.* Conf. tamen cit. *Caroli Aug.
 BOEHMERI opusculum de iure militum ecclesiastico, cap. I.
 §. 13. not. p.) pag. 45. & 46. & Casp. ZIEGLERI disp. de
 iuribus iudeorum, Vitemberg. 1684. cap. 3. §. 8. cit. de
 BEVST in observationum militarium continuatione, sive Par-
 tis VIæ sect. II. Gotbæ 1757. cap. 8. von der Jüden Soldaten-
 stand, O. 331. — 361. pag. 774. seqq.**

§. III.

§. III.

In exercitibus imperialibus atque circul-
ribus libertas conscientiæ competit
militibus.

Factum autem est, ut compositis per dictam pacem
religiosam dissensionibus, quoad religionem agitatis, im-
perator imperiique status coniunctim in hoc in primis, ut
illa, qua res Germanorum & prisca gentis gloria per tot
secula steterat, & amplificata fuerat, *disciplinæ militaris a)*
severitas reduceretur, elaboraverint, illisque non solum,
sed & sequentibus temporibus, suis, qui, uti Marcianus *b)*
& Modestinus *c)* inquiunt, pro pace excubarent, *militi-*
bus id in primis, ut

sanctissimus ille

Gentis humanæ pater atque custos,
Deus immortalis pietate reverentiaque debita colatur, in-
iunxerint, huncque ipsum in finem castam sacrorum etiam
in castris procurationem, vitæque innocentiam atque integritatem,
homines, Christianis imbutos sacris, decentem magna
inculcaverint d) severitate, quam

optimus ille

militiæ, cui postremum primumque tueri
inter bella *e)* fidem,

supremo exercituum domino, Deo, suisque debitam prin-
cipibus. Quemadmodum vero cuiusque *conscientiæ libertatem*, ipsa naturali æquitate *f)* fundatam, salvam iubet esse
instrumentum pacis *g)* Westphalicæ Osnabrugense, sub-
ditique, licet a domino territorii dissentientes, dummodo



uni ex tribus adprobatis religionibus (§. III.) addicti sint, ius suum b) religionis retinere debent; ita in primis quoque militibus, tam in circularem, quam ex hac ipsa collectam imperialem, militiam relatis, illam ipsam quoque competere conscientiae libertatem, factamque quoad i) omnia adprobatarum religionum exæquationem, vix ac ne vix quidem ullus dubitabit æquus rerum æstimator. Agnoverunt hanc ipsam quoque varii bellicarum legum latores, utque singuli milites Deum iuxta suæ principia religionis colerent, nec alias dissentientes in suæ religionis exercitio turbent, despiciatuvile habeant, expressis k) statuerunt verbis.

a) Conf. Chph. Ludov. CRELII disputatio secularis de criminis in excubiis commissio ad L. 5. §. 2. D. de re militari, occasione cap. 84. & 85. Pacis religiose, Vitemb. 1755. edita §. 1. pag. 1. seqq. ubi, severitatem disciplinae militaris frustum esse pacis religiose, pluribus docet.

b) MARCIANVS in L. 13. D. de accusat. & inscription.

c) MODESTINVS in L. 7. §. 1. ad L. Jul. Maiestatis.

d) Pertinent hoc DISPOSITIONES CAESAREAE, quae occurunt tam in der Römisch Kayserlichen Majestät (Maximilians II.) und des heil. Reichs Reuterbestallung rel. §. 44. & 45. in iam cit. corpore iuris militaris recognito pag. 20. & 21. Neuen und vollständigeren Samlung der Reichsabschiede III. Theil, pag. 326. Jo. Christ. LVNIGII cit. corpore iuris militaris des heil. Römischen Reichs, pag. 62. & 63. & in corpore iuris militaris Fritschiano, Lipsie 1724. a Thoma FRITSCHIO, bibliopola, 4. edito, I. Theil, col. 16. ubi inter alia monentur militum præfetti, ne mala suis inferioribus exempla præbeant; quam in Kaysers Ferdinandi III. Articulibrief dd. 12. Octobr. 1642. art. 2. cit. corpore iur. militar.

militar. recogn. pag. 42. corpore LUNIGIANO pag. 81. &
 FRITSCHIANO col. 53. I. Theil. Pietatem quoque incul-
 cant Kayserliche Kriegsarticul art. 4. pag. 6. der Observations-
 puncten, welche von iatro weyl Hochgräflichen Excellence Herrn
 Ludwig Andreä von Khevenhüller, der Röm. Kayserl. und
 Konigl. Maj. — General Feldmarschallen rel. Dero von Kay-
 serl. Königl. Maj. allernädigst anvertrauten Dragoner Regi-
 ment vorgescriben, Wien 1749. 4. Eadem ratione suis
 quoque dispositionibus divinum inter milites cultum stabili-
 verunt status imperii, quod ipsum de Saxoniæ electoribus
 observat, varia ab illis ipsis latas leges militares laudans,
 cit. CRELL. cit. disp. §. 1. cum quibus præter Fürst Jobann
 Augusts zu Anhalt Zerbst Articulbrief de anno 1720. art. 1.
 cuius contenta cit. de BEVST in observationum militarium
 Part. 3. O. 247. pag. 348. seq. exhibet, aliasque leges con-
 spirant non solum Disciplinspuncten, wie solche von des Herrn
 General Lieutenans, Marggraven zu Baden Hochfürstlichen
 Durchbl. verfaßt, zu dem Schwäbischen Creyßconvent einge-
 schickt, und bey der Militz unterm 20. May A. 1695. publi-
 cirt worden sind, in eines hochlöblichen Schwäbischen Creyßes
 alten und neuen Kriegsverordnungen und Reglemens, wie solche
 nunmebro zusammen gerichtet, und in öffentlichen Druck zu
 bringen befohlen worden, Stuttgart 1737. fol. num. VII. pag.
 155. sed quoque leges militares Wurtembergicæ, Fürstl.
 Würtembergische Articulbrief (Ducis Eberhardi III. dd. 11.
 Dec. 1652.) §. 3. in cit. corpore iuris militar. recogn. pag.
 671. Articulbrief, worauf Herzogs Eberhard Ludwigs zu
 Würtemberg Regimenter zu Roß und Fuß geloben und schwö-
 ren sollen de anno 1705. §. 3. tam in LÜNIGII corp. iur.
 milit. pag. 1174. quam in FRITSCHII corp. iur. milit. no-
 wiss. I. Theil col. 1143. Articulbrief, darauf des Durch-
 lauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Eberhard Ludwig,
 Herzogen zu Würtemberg rel. Regimenter zu Roß und Fuß
 geloben und schwören. Vermehrt und aufs neu zum Druck
 befördert den 25. Jun. 1727. & in FABRI Staatscanzley tom.



53. cap. 24. pag. 705. seq. quibus omnibus accedit eximia ista, quam Serenissimus Wurtembergiae Dux, CAROLVS, Princeps meus longe clementissimus, d. 11. Febr. 1758. tulit, typisque sub titulo: *Kriegsarticul für die Herzoglich Würtembergische Trouppen zu Pferd und zu Fuß*, descriptam singulis suis militibus distribui fecit, militaris lex, cuius art. I. divini Numinis cultum sequentibus verbis, tanto Principe dignissimis, inculcat: „ Demnach „ alles Glück, Segen und Gedeyhen von Gott dem allmächtigen, als der rechten und einzigen Brunnquell alles Guten, herrühret, und keiner seinem Herrn mit wahrhafter „ Treue zugethan ist, mann er nicht Gott von Herzen fürchtet „ und liebt; So soll ein jeder Soldat, und wer sich sonst bey denen Regimentern, Bataillons und Corps aufhält, sich eines christlichen und gottseligen Wandels befleisigen, alles ärgerlichen Lebens sich enthalten, bey dem öffentlichen Gottesdienst fleisig einfinden, sich des Misbrauchs des allerheiligsten Namens Gottes und seiner Sacramenten durch Fluchen und Schwören, oder verbotene Teufelskünste, Zaubereyen, Vestmachen, und dergleichen bey schwehrer Strafe gänzlich enthalten. „

- e) De pietate & fide, Deo & superioribus præstanta a militibus vid. Jo. Steph. DANCKO *Kurzer Entwurf des Kriegsrechts, wie solches vornämlieb in denen Königlichen Preußischen und Churfürstlichen Brandenburgischen Landtagabschieden, Kriegsarticuln, Ordonnanzien, Reglementen, Edicten rel. enthalten, Frf. an der Oder 1725. 4. cap. 7. §. 2. & 3. pag. 29. seqq.*
- f) De hac ipsa conscientiae libertate egi pluribus in *Diss. cit. de iure principis circa ecclesiam rel. §. 3. pag. 10. seq.*
- g) *Instrumentum Pacis Westphalicae Osnabrugense in cit. art. 7. §. 1. expressis verbis addit: „salva itidem cuiusque conscientiae libertate. „*

b) Vid.

- b) Vid. cit. diss. mea de iure principis circa ecclesiam rel. not. c.
ad §. 3. pag. 12. cui iungatur Iust. Henningii BOHMERI diss.
de tolerantiae religiosae effectibus civilibus, Hal. 1726. rec. 1734.
cap. 2. §. 6. seqq. § 19. pag. 39. seqq. § 67. Jo. Laurent.
FLEISCHERI diss. de iure reformati indeque dependente iure
emigrandi, Hal. 1733. §. 25. pag. 30. seq.
- i) Fundamenti loco etiam quoad militiam, tam circularem,
quam imperialem, ponenda omnino est generalis instrumenti
pacis Westphalicae Osnabrugensis art. 5. §. 35. dispositio se-
quens: „five autem Catholici, five Augustanae Confessionis
„fuerint subditi, nulli ob religionem despiciuntur
„nec a mercatorum, opificum, aut tribuum communione,
„hereditatibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis, eleemosy-
„nis aliisve iuribus aut commerciis, multo minus publicis coeme-
„teriis, honoreve sepulturae arceantur, aut quidquam pro ex-
„hibitione funeris a superstitibus exigatur, prater cuiusque
„parochialis ecclesiae iura, pro demortuis pendi solita, sed
„in his & similibus pari cum concivibus iure habeantur, æquali
„iustitia protectioneque tuti. „
- k) Egregia in primis est illa dispositio, quæ de reliqua hacce ipsa
militibus circularibus conscientie religionisque libertate in eines
hochlöblichen Schwäbischen Creysses Articulshrief, wovon auf
dieselben geworbene Völker zu Roß und zu Fuß ihre Pflicht abzule-
gen, und zu schwören, auch zeit ihrer Dienste sich darnach
zu halten haben; nach der Resolution des den 21. Novembr.
1720 in Ulm gehaltenen Creyss-Convents, wiederum nach dem
unterm 25. Octobr. a 1694. revidirten und publicirten Exemplar
aufgelegt, §. 2. „Gleichwie ein jeder, er sey inn- oder aus-
serhalb Kriegspflichten, hoch oder niedriger Officier oder
„gemeiner Reuter und Knecht eines christlichen ehrbaren Le-
„bens und Wandels sich zu bekleiden schuldig, also sollen
„es dieses Creysses Officiers und Gemeine auch thun, und nach
„denen im heiligen Römischen Reich, vermög des allgemeinen
„Reichs-



„Reichsfriedensschlusses zugelassenen Religionen sich den Gottesdienst, und zwar jedweder nach seinem guten Gewissen, und der Religion, dazu er sich bekennet, sorgfältig angelegen seyn lassen,, §. 3. „Wer aber deme zu entgegen solches verächtlich unterlässt, den Namen Gottes des Herrn missbrauchet oder lästert, und zu Verspottung gedachter, in dem heiligen Römischen Reiche, vermög angeregten Friedensschlusses zugelassener Religionen und Uebung dessen Gottesdienstes öffentlich, und daß darüber Tumult und Ungelegenheit unter den verschiedenen Religionsverwandten Officirern und gemeinen Soldaten entstünde, etwas redet oder thut, — — der soll nach Gelegenheit der That an Leib und Leben, oder mit schwehrer Gefängniß gestrafet werden, pag. 192. & 193. cit. Schwäbischer Kriegsordonnanzen und Reglemens & pag. 584. corp. iur. militar. LVNIG. cum qua ipsa dispositione, ulterius adhuc in §. 2. der Puncten, wornach des hochläblichen Schwäbischen Creysses aufgestellte Landesauswahl sich zu achten, und ihre Pflichten abzulegen hat, dd. Ulm den 24. May 1735. pag. 298. cit. loc. sequentibus verbis: „Hat ein jeder sich eines christlichen und ehrbaren Lebens und Wandels zu befleissen, und sich den Gottesdienst, nach der Religion, wozu er sich bekennet, und welche in dem heil. Röm. Reiche nach denen allgemeinen Reichsfriedensschlüssen gestattet, angelegen seyn zu lassen.“ stabilita, iisdem fere verbis conspirant non solum derer Fürsten und Stände eines hochläblichen Fränkischen Creysses Articulabrief in corpore iuris militaris noviss. FRITSCHIANO I. Theil, col. 1279. & seq. nec non Kriegsarticul des Ober-Rheinischen Creysses, worauf desselben geworbene Völker zu Ross und Fuß ihre Pflicht abzulegen, und zu schwärzen, auch zeit ihrer Dienste sich darnach zu richten haben de 1698. in FRITSCHII corp. iur. milit. I. Theil, col. 1419. sed in primis quoque Articulabrief vor die Reichsvölker de anno 1672. §. 2. & 3. in FRITSCHII cit. corp. iur. milit. I. Theil, col. 112. & LVNIGII corpore iuris militaris pag. 115. ubi statuitur de militia imperiali:

periali: „sollen sie jedennoch, so lange sie beysammen, sich
 „dasselben und dabey aller wahren Tugenden und Tapfer-
 „keit absonderlich befleissen, auch keiner in Uebung seiner Re-
 „ligion nach Anleitung des Münster- und Osnabrückischen Frie-
 „denschlusses gebindert und beeinträchtiger werden. Wer nun
 „aber — zu Verßpottung gedachter im heil. Röm. Reich,
 „vermög des Münster- und Osnabrückischen Friedenschlusses zu-
 „gelassener Religionen Gottesdienst und des exercitii und Ue-
 „bung ohne Unterschied — etwas redet oder thut, der soll
 „nach Beschaffenheit der That an Leib, Leben, oder mit
 „schwehren Gefängnis bestraft werden.“ *Adprobationem*
 huius Articulibrief a divo Leopoldo Imp. factam vide in
 cit. LVNIGII corpore iuris milit. pag. 144.

§. V.

Quoad exercitium publicum legiones cir-
 culares sunt vel mere catholicæ, vel mere
 evangelicæ, vel mixtæ, sacris autem
 castrenses præficiuntur
 præcones.

Tantum autem abest, ut dicta (§. III.) conscientiæ
 religionisque libertas, copiis circularibus atque imperiali-
 bus non deneganda, omnimodum *uniuscuiusque religionis*
 exercitium statim involvat, ut potius, quemadmodum huius
 ipsius determinatio a) iuxta pacem Westphalicam, statum-
 que religionis in ipsis circulis obtinentem, facienda videtur
 esse, ita omnino notandum quoque sit, quod *ipse copia-*
rum circularium legiones, prout unius vel duarum religionum
 publicum habent exercitium, *vel mere Catholicæ, vel mere*

D

Evan-



Evangelicæ, vel mixtæ dici possint, quum in circulis imperii b) mixtis, in quibus præter religionem catholicam una alterave religio Evangelica, Lutherana aut Reformata, vigeret, quoad copias circulares in bellum educendas, utriusque religionis exercitium æquali ratione modoque locum habeat. Præficiuntur igitur eiusmodi legioni mixtæ utriusque religionis præcones castrenses, Feldprediger, Feldcaplæne, Regimentspater c) dici, & in classem personarum, toti alicui legioni communium, inferiorem, zu dem kleinen Stab d) referri soliti, militibus e) de his, quæ ad celestem doctrinam animarumque salutem attinent, prospicientes atque invigilantes. Licet autem quoad ipsam hancce præconum castrensem, in primis evangelicorum, constitutionem a quibusdam statibus imperii supremis legionum præfectis f) relinquatur ius candidatos præsentandi consistoriis, ab his ipsis, si debitæ instruætæ inveniantur qualitatibus, omnino ordinandos atque confirmandos; hoc ipsum tamen ius patronatus militare non obtinet quoad præcones, castrensi bus copiarum Sueviæ circularium sacris præficiendos, quum horum constitutio a duobus statibus circulum convocantibus, episcopo Constantiensi atque Serenissimo Würtembergiæ Duce, medicos circuli castrenses simili ratione constituentibus, fieri ita soleat, ut, quum illius ipsius circuli copiæ sex hodienum consistant legionibus, equestribus duabus, quatuorque pedestribus, sex præcones castrenses Catholici ab Episcopo Constantiensi, sexque Evangelici a Würtembergico consistorio, Serenissimi sui Duci nomine &c iussu, constituantur, prævioque examine, factaque confirmatione, in ecclesia Stuttgardiensi collegiata, Stiftskirche, ab huius ipsius antistite, dicti semper consistorii membro, publice ordinentur, seu, uti vulgo aiunt, inve-

investiantur. Simile quid obtinere etiam quoad constitudos in circulo Franconico g) præcones verbi divini militares, ex variis colligi potest illius recessibus, illorum constitutionem, non singulis quibusdam statibus, sed toti vindicantibus circulo.

- a) Ad pacem Westphalicam etiam quoad sacra isthæc ca-stren-sia tanquam ad normam respiciendum esse, docuit per-illustris mihique faventissimus, nunquam sine grati animi testificatione a me nominandus *auctor Actienmässiger Nachrichten von der Religionsübung der Creyßvölker, so wohl Evangelischer, als Catholischer in vermischtten Reichscreyßen, Joannes Henricus L. B. de HARPPRECHT*, camerae imperialis adfessor gravissimus, in illustr. *Friederici Caroli de MOSER wöchentlichen Frankfurtschen Abhandlungen, zu Erweiterung der nothwendigen, brauchbaren und angenehmen Wissenschaften I. Theil, Frankf. 1755. 8. II. Stück, §. 1. pag. 24.* ubi inquit: „die meiste Staatsrechtslehrer übergehen in Er-„mangelung einer practischen Kenntnis, diese und so viele „andere ähnliche Materien gar, und von wenigen andern „werden sie kaum dem Nahmen nach berühret. In den „Creys-Militar-Ordonnanzen ist ebenfalls des *Puncts der Religionsübung* gar nicht, oder doch selten Erwähnung „geschehen, welchemnach derselbe *bey jedem Stand nach der Richtschnur des Westphälischen Friedens insgemein, so dann nach den besondern Landeshoheitlichen Befugnissen abgemessen werden muß*, auch wirklich abgemessen wird.“,
- b) Facere mixturæ huius agnitionem, ubi nempe ipsum *instrumentum pacis Westphalicæ certos imperii R. G. circulos pro mixtis expresse agnovit*, ut utriusque religionis statibus in mixto eiusmodi circulo *æqualia plane in negotiis circuli communibus vindicanda sint iura*, docet *Jo. Gottlieb GONNE in diss. de probatione religionis, Erlang. 1751. §. 17. not. c. pag. 30. &c. 31.*

D 2

c) Ali-



- c) Aliquando *Priester-Missionarien* quoque vocari *catholicos sacerdotes castrenses* observavit cit. *Jo. Gottlieb LAVENTIUS* in *Versuch einer gründlichen Abhandlung von der Jurisdiction gegen die excedirende und verbrechende Soldaten im heil. Römischen Reich* rel. I. Theil, cap. 4. §. 13. pag. 14.
- d) Quod ad personas toti legioni communes, zum Stab pertineant *præcones, castrenses* adparet ex besonderen und geheimen Kriegsnachrichten des Fürsten Raymundi Montecuculi, Römischi Kayserl. Maj. Generalissimi, worinnen die Anfangsgründe der Kriegskunst sehr deutlich beschrieben sind, von dem eigenhändigen Manuscript des auctoris aus der kayserl. Bibliothek übersetzt rel. Leipzig 1736. 4. J. Buch, 2. Cap. pag. 5. Quod in specie ad classem dictarum personarum inferiorem, zum kleinen Stab referri soleant, docet gründliche Anleitung zum Kriegsrecht, aus den verschiedenen Kriegsarticuln, wie auch berühmter Männer Schriften in einer natürlichen Ordnung zusammen getragen von D. Friedrich Andreas Gottlieb GNÜGEN, Jena und Leipzig 8. 1750. §. 82. pag. 38.
- e) *Præcones castrenses* ita describit Friedemann SCHNEIDER in diss. *iuris militaris de permutarione captivorum*, Hal. 1713. §. 41. pag. 61. Conf. quoque Ge. Henr. GOETZIVS in *meletematibus Annæbergenibus*, num. X. de concionatoribus castrenibus, vulgo Feldpredigern.
- f) Adparet id ipsum ex sequentibus *Jo. Godofr. KRAVSI* verbis in diss. *de concione docimastica, Germanis Probpredigdicta*, Vitemb. 1720. §. 47. pag. 78. „Pari modo in vocatione pastorum castrensim, monente D. BEYER in addit. ad CARPOV. lib. 1. D. 25. concio docimastica raro observatur, quando enim tribunus militum eiusmodi pastori electo litteras vocationis tradidit, eunque ad examen, ordinationem atque confirmationem præsentavit, statim ad examen admittitur, eoque exaltato, & si in eo habilis prehensus fuerit, ordinatur atque confirmatur. Idem observat *Jo. Franc. KUNCKEL* in dissertatione sistente capita selecta

ex

❀ ❀ ❀

ex iure civili, ecclesiastico, criminali, militari, germanico, opificario, feudal & publico de confirmatione, atque num hæc fundet iurisdictionem Cæsaris, si quid negotii ab hoc fuerit confirmatum, Marburg. 1761. cap. 9. §. 57. pag. 30. „Saxonici „ex exercitus supremus præfector (General Feldmarschall) vo- „cat & præsentat summum copiarum sacerdotem, (den General „Staabs Prediger) & eum, qui in hospitio ægrotorum & va- „leudinario sauciorum curat sacra, quilibet autem tribunus „(Oberste) præsentat sacerdotem cohortis suæ, quod etiam „tribunis cohortum Austriacarum est permisum. Inter Bo- „russos præfector cohortis (der Commandeur des Regiments) „candidatum præsentat consistorio militari. In specie de hoc ipso iure, supremis legionum Borussicarum præfectis com- petente testatur saepe laudatus Carol. Aug. BOEHMER in cit. opusc. de iure militum ecclesiastico cap. 2. §. 4. & not. k. & l. ad eundem §. pag. 56. & 57. in genere autem conferri adhuc potest der vollkommenen Deutsche Soldat beschrieben von Hanns Friedrich von FLEMING, Sr. Königl. Maj. in Pob- len und Churfürstl. Durchl. zu Sachsen Infanterie Obrist- Lieutenant vel. Leipzig 1726. II. Theil, 31. Cap. pag. 176. & 177.

g) Sic recessus circuli Franconici dd. 10. April (31. Mart.) 1664. §. 4. expressis statuit verbis: „die Feldprediger und „Seelborger, als vier von beederley Religionen - - sollen „von gemeinem Creyß bestellet, und der Ordonnanz nach „verpfleget, auch, auf Absterben eines oder des andern „die Stelle mit einem tauglichen Subjecto forderlichst wie- „der besetzt werden. „ inque dicti circuli recessu dd. 18. (28.) April. 1682. §. 3. dicitur: „Gleichwie die Hoch- „fürstl. Bambergische und Würzburgische Gesandtschaften „übernommen, die drey Catholische Feldcaplän und Feld- „capellen: also hat sich die Hochfürstl. Culmbachische Ge- „sandtschaft erboten, die Augspurgische Confessionsverwandte „Caplän und Capellen, gegen allerseitig künftiger folcher „Posten Aufrechnung, beyzuschaffen, „



§. VI.

Præcones isti castrenses sunt veri parochi,
milites & hosce sequentes personæ acces-
soriæ sunt parochiani, obtinetque
æqualitas iurium quoad plures
parochias.

Quemadmodum igitur eiusmodi *copiarum circularium*
legio in illo casu, si duarum religionum exercitium æquali
publicaque ratione illi competit, tanquam *duplex*, in al-
tero autem, si unius tantum religionis exercitium publi-
cum habet, tanquam *unica* consideranda est a) *parochia*;
ita utroque in casu *præcones castrenses* pro veris habendi
sunt b) *parochis*. Considerari autem debent posteriori in
casu omnes omnino illius legionis milites, eandem c) re-
ligionem profitentes, personæque ad hos ipsos familiae d)
iure pertinentes, nec a sacris istic alienæ, tanquam *paro-
chiani unius* eiusdem *parochiæ*; in priori vero, sicuti duæ in
una legione, a se distinctorum adsunt *parochiæ*, Catholica altera,
altera vera Evangelica; ita illius parochiani sunt Ca-
tholica sacra sequentes, huius vero Evangelicæ religio-
nis dogmata profitentes milites, personæque ad hos ipsos
pertinentes accessoriæ. Hasce ipsis autem duas in una
legione parochias æqualibus inter se gaudere iuribus, sicuti
stabilita non solum adprobatarum in Germania religio-
num e) paritas (§. III.), sed obtinens quoque in mixtis eius-
modi circulis utriusque f) religionis æqualitas (§. V.) iu-
bet; ita in specie in Suevici circuli legionibus unicuique
parochiæ

parochia^e suus, nulla, an hanc vel istam religionem plures illius legionis milites sequantur, ratione habita, præco castrensis dicto modo (§. V.) constituitur.

a) *Legionem tanquam parochiam quandam esse considerandam incidenter observavit cit. GNÜGEN cit. gründliche Anleitung zum Kriegsrecht 15. Hauptstück §. 261. pag. 127. ubi occasione questionis: Was vor ein Prediger die Soldaten-Kinder tauft? dicit: „Ein Regiment ist als ein gewisses Kirch-,spiel anzusehen.“ Eundem de legione, parochia instar consideranda, conceptum proponit, talisque parochiae limites, in castris observari solitos, indicat Reglement über ein kayservliches Regiment zu Fuß, vorgeschrieben von Jbro Excellence dem Herrn General Feldmarschall Lieutenant REGAL, Nürnberg 1734. 4. num. VIII. Funktion der Oberofficier, des grossen und kleinen Stabs in §. 6.: ubi considerat den Capellan oder Regiments-Pater, & pag. 87. inquit: „Kein anderer Geistlicher hat, ohne seiner Erlaubnis, ihm in seiner Pfarr einzugreifen, und so sich bey seinem Regiment jemand einer andern Religion befände, so darf ein solcher Geistlicher nicht in der Caserne oder Compagnie-Gassen, wohl aber außer der Regimentsgassen, oder vor der Fahnenwacht zu ihm kommen, indem solches schon außer der Pfarr ist.“ Eadem fere verba leguntur in cit. Comitis de KHEVENHÜLLER Observationspuncten I. Theil, Observationspuncten vor den Regimentspater, pag 167. num. 4.*

b) *Adr. BEIER in iam cit. Juris militaris prudentia lib. 2. tit. 13. thes. 2. n. 717. pag. 297. inquit de milite: „Sacerdotem suæ cohortis agnoscere tenetur parochum diœcesanum.,“ que ipsa verba licet minus adcurate sint posita, quum parochus non dici soleat diœcesanus, sed subesse dicitur diœcesano, nempe episcopo, ceu patet ex doctrina Jo. Georg. PERTSCHII in elementis iuris canonici & protestantium ecclesiastici, Jen. 1741. lib. 1. tit. 34. §. 459. pag. 283.*
Jo.



Jo. Rud. ENGAVII in elementis iuris canonico pontificio ecclesiastici, lib. 1. tit. 17. §. 189. pag. 142. edit. Jen. 1749. omnino tamen hoc docent, quod eiusmodi sacerdoti castrensi *iura parochi* tribuere voluerit.

- c) Primaria igitur eiusmodi *parochiae militaris membra* sunt ipsi milites, personæ istæ, uti *Henrici POHLMANNI Ius militum favorable*, Argent. 1659. thes. 1. *Henr. BODIN I dissertatio de obsequio militum in defendendo praesidio*, Hal. 1701. rec. ibid. 1739. cap. 1. §. 1. pag. 11. & illustr. *Ge. Henr. AYRERI dissertatio de militis foro delinquentis*, Götting. 1762. sect. 1. §. 3. pag. 8. docent, ab eo, cui belligerandi potestas competit, ad bellum lecta, in numeros relatæ, sacramentoque adscriptæ, *dummodo istam ipsam*, cuius exercitium publicum legioni competit, religionem profiteantur. Quemadmodum enim, vi *instrumenti pacis Westphalicae Osnabrugensis art. 5. §. 34.* & iuxta tradita cit. *ENGAVII* cit. element. lib. 1. tit. 41. §. 398. pag. 237. *Jo. SCHILTERI* in *institutionibus iuris canonici, ad ecclesie veteris & hodiernæ statum accommodatis*, Francof. & Lips. 8. 1723. lib. 1. tit. 20. §. 4. pag. 216. & *Jo. Ern. FLOERCKII* in *observationibus selectis ad cit. institutiones Schilterianas*, Jen. 1726. 8. cit. lib. 1. tit. 20. §. 5. pag. 393. in primis vero *Justi Henning. BOEHMERI in iure parochiali* Hal. 1738. sect. 3. cap. 2. §. 14. pag. 143. seqq. in genere in Germania ad id, ut quis in hac vel ista ecclesia sit parochianus, requiritur, ut eadem profiteatur religionem; ita idem quoque ratione militum est dicendum, reformataque sacra sequens miles, legioni Catholicorum sacrorum exercitio publico gaudenti adscriptus, parochiae in illa legione exsistentis parochianus haberi omnino nequit.
- d) De personis hisce accessoriis inquit *Adr. BEIER in cit. iuris militar. prudent. lib. 1. tit. 3. thes. 7. n. 182. pag. 70. §. 71.* „Militum nomine - - - *familitium*, licet non expressum, continetur tamen. „ & in lib. 2. tit. 12. thes. 2. n. 707. pag. 290. addit: „Non solet miles citra omnem *familiam*, „ &

„& qualemque esse *economiam*, quæ constat ex personis,
„uxore, liberis, famulitio rel. „ Licet enim, canente
Virgilio,
bella viri pacemque gerant,
& unicuique militis uxori ad clamandum videatur esse istud
Ovidii:

colum

i, cape cum calathis, & stamina pollice torque,
bella relinqu viris!

nihilominus tamen *uxores liberique militum*, præter necessarium eorundem *famulitium*, castra sequi sèpius solent, ut proinde eatenus quoque obtineat ista *inter personas ad militares numeros principaliter & accessorio modo pertinentes facienda distinctio*, quam ratione jurisdictionis, legionibus competere solitæ, sequentibus verbis adhibet *cit. Jo. KOSTKA in cit. observationibus militaribus art. 4. n. 35. pag. 109.*
„Andere, auch so genaue Ordnung beobachten unter ihnen selbst die Regimenter und Kriegsgerichte in Ländern;
„da hat in personal Ansprüchen kein anderes forum Platz,
„dann welchem reus ratione *militaris numeri* (es seye *principaliter*, als die so im kayserlichen Sold beschrieben, oder
„*accessorio modo*, als der Kriegsleute *Eheweiber, Kinder, Dienstboten, Schutzverwandte, Volontairs &c.* angehören.
Eadem ratione *Georg Friedrich MÜLLER in Königl. Preußischen Kriegsrethr*, Berlin 1760. 8. 3. Theil., 2. Cap. in additamentis ad §. 8. pag. 547. in responsione ad quæstionem: *Was vor Personen gehören zur Gemeinde eines Regiments oder Bataillons-Predigers?* ad parochiam, legione quædam contentam, refert: „Alle und jede zum Regiment oder Bataillon gehörige *Staabs- Ober- und Unter-Offiziers, Gemeinen*, und kurz alles, was zum Etat eines Regiments oder Bataillons gehöret, ingleichen die *Frauen, Kinder, Bediente, Knechte und Mägde*, so lange dieselben würklich in Diensten stehen.„ ubi tamen addenda ultrior quoad hasce personas accessorias conditio deest, quod

E

eandem



eandem cum ipso præcone castrensi profiteri debeant religionem, si pro suis illos habere velit parochianis.

- e) De hac ipsa mutua exactaque *religionum adprobatarum æquilitate* præter auctores supra iam citatos vid. illuvr. *Ge. Ludov. BOEHMERI principia iuris ecclesiastici publici & privati, quod per Germaniam obtinet*, Götting. 1762. Part. gen. tit. 5. §. 46. pag. 28.
- f) Quomodo utriusque *religionis*, tam *Catholice*, quam *Evangelice*, *militibus*, in *fortalitio imperii Kebensi prædiariis*, de æquali libero suæ religionis exercitio anno 1698. prospectum fuerit, adparet ex Generosissimi *Eberhardi Christiani Wilhelmi de SCHAVROTH vollständiger Samlung aller Conclusorum, Schreiben und anderer übrigen Verhandlungen des hochpreißlichen Corporis Evangelicorum*, Tom. II. Regensburg 1751. fol. pag. 85. seqq. De ipsa *religionis paritate quoad legiones circuli Suevici observanda* testatur quoque illa instruētio, quam beatus parens meus, *Guilielmus Theophilus TAFINGER* in 8. edidit sub tit. *Unterricht für einen Feldprediger, aus vormaliger Erfahrung aufgesetzt im Jahr Christi 1757. cap. 3. §. 7. pag. 20.* „Wann das Regiment auf paritätischem Fuß ist, wie die samliche Regimenter des lōblichen Schwäbischen Creyßes auf einen solchen gefetzet sind. rel.

§. VII.

Dicitæ tamen parochiæ militares suos habent limites, parochique castrenses evangelici nulla ratione subsunt catholicis parochis, nec horum antistiti, patri generali.

Quam certum igitur est, singulas copiarum circularium atque imperialium legiones, pro ratione concessi ipsis religionis

nis exercitii, vel unam, vel plures continere parochias; tam certum quoque est atque indubium, *præcones* istos *castrenses*, tanquam *parochos*, qui suis in genere *a)* se continere debent terminis, nec in aliis parochiis peragere sacra possunt, ad suam præcise *parochiam* *b)* eiusque membra esse adstrictos, *præconemque* eiusmodi *castrensem Catholicum* ratione evangelicae in eadem, sive alia legione existentis parochiæ huiusque membrorum nihil iuris sibi vindicare posse, uti nec *præco castrensis Evangelicus c)* in catholicæ parochiæ iura involare potest. In primis autem & hoc notandum est quoad *castrenses copiarum circularium præcones*, quod nulla prorsus ratione *nullove respectu* *præco castrensis Evangelicus d)* *subordinatus sit Catholicus* in eadem legione *præconi*. Quamvis etiam *præcones* in exercitu imperiali *castrenses Catholicus* omnes subordinati procul dubio *e)* sint supremo sacrorum in castris catholicorum antistiti sive *f)* episcopo, *Patris*, tam *generalis*, quam *superioris*, nomine plerumque venienti, & in illa, ubi summus militiae imperialis *præfectus* cominoratur regione, *Hauptquartier*, *g)* licet hic ipse *præfectus Evangelicam profiteatur religionem*, & stabilita generalis adprobatarum in Germania religionum paritas etiam hic sacrorum intuitu æqualitatem requirere omnino videatur, non nisi *sacerorum Catholicorum publicum habente exercitium, Catholica sacra, tam ordinaria & quotidiana, quam b)* solemnia peragenti; nihilominus tamen, ob factam in totum quoad *Evangelicos* potestatis papalis atque episcopalis *omnis i)* suspensionem, prorsus *immunes sunt a dicti patris generalis potestate præcones castrenses k)* *Evanglici*, generali seu supremo suorum sacrorum *l)* antistite, cuius constitutionem dicta religionum, in Germania adprobata-

E 2

rum



rum *m*) æqualitas requirere, cauſſaque *n*) ſuadere vide-
tur varia, prorsus deſtituti.

- c)* De hac ipſa parochorum ad ſuam parochiam reſtricione vid.
*Just. Henning. BOEHMER in diſputatione iuris ecclieſiaſtici de
iure parochiali circa administrationem ſacrorum, Hal. 1701.
rec. ibid. 1734. cap. 1. §. 6. pag. 8.*
- d)* Docet id ipsum cit. *Unterricht für einen Feldprediger rel.
cap. 3. §. 7. pag. 20.* „Wann das Regiment auf paritätis-
„ſchem Fuß iſt, - - fo bält ſich der Evangelische Feldprediger
„feines Orts in allen Stücken wie unter einem ganzen Evan-
„gelischen Regimente, und läſt hingegen auch den Catholi-
„ſchen Feldprediger ungekränket, wann fremde Feldca-
„planen oder andere Priester ſeine officialia verſehn,
„Kranke oder Arrestanten beſuchen, auch dieſe würklich
„zum Tode ausführen.“
- e)* Normam hancce caſtrenſibus Evangelicis præconibus ge-
neratim inculcat cit. *Unterricht für Feldprediger cap. 3. §. 12.
pag. 23.* „Gleichwie aber über diſſeitigen Rechten zu wa-
„chen iſt, daß nach der Competenz, welche das Regi-
„ment hat, kein Eingriff geſchehen möge: Alfo ſolle auch
„nihts dergleichen von dem Feldprediger gegen andere un-
„ternommen werden, und dertfelbe ſich dahero nicht un-
„terſteben, einigen cultum oder actum ministerialem, ſon-
„lich auch keine Kranken - oder Arrestanten - Beſuchung bey
„einem andern Regiment, ohne des Regiments Commandan-
„ten Concession zu verrichten.“
- f)* *De præcone caſtrenſi Evangelico*, etiam in ipſo reſtriicti ali-
quatenus religionis Evangelicæ exercitii caſu nulla ratione
ſubordinato præconi Catholico teſtatur cit. *Unterricht rel. cap.
3. §. 9. pag. 22.*
- g)* *De hac ipſa præcomum caſtrenſium Catholicorum ſubordinatio-*
*ne vid. cit. REGAL Reglement über ein Kayſerliches Regiment
zu Fuß, num. VIII. pag. 82. §. 6. ubi inquit: „Er (der
„Capellane*

„Capellan oder Regiments-Pater) dependirt einig und allein
„von dem Regiment, und dem Pater Superior.“, conf.
quoque cit. ill. AYRERI Diss. de militis foro delinquentis,
sect. 2, S. 14. pag. 26. seq.

- f) Quod hic ipse *Pater generalis episcopi castrensis* vices gerat,
obseruat modo cit. REGAL cit. pag. 82. §. 6. post verba
in nota e) proxime antecedente addens: „Pater superior,
„der im Feld die Stelle eines Bischofs vertritt.“, Et certe,
quum plures præcones castrenses, tanquam veros parochos,
sibi subordinatos habeat, omnino episcopo diœcesano ad-
modum est similis, hocque ipso nomine eo maiori iure in-
signiendus, quo maiora iura ratione sacrorum in castris ca-
tholicorum exercere solet, de quibus videri meretur *breve*
Pontificis Innocentii XIII. dd. XXIII. Dec. 1721. quod La-
tino atque Germanico idiomate exhibit *Jo. KOSTKA* in
cit. *observation. militar.* pag. 130. seqq. cuiusque Germani-
cam quoque versionem proponit cit. *Comes de KHEVEN-*
HÜLLER in *Observationspuncten I. Theil*, pag. 171. seqq.
De patris eiusmodi superioris iuribus ac potestate conferatur
quoque de iure civili & criminali *Austriaco - bellico Prodromus*, secundum articulos bellicos *Sacratiss. Cæsareo - Regiarum Maiestatum, Francisci R. I. &c. Mariae Theresiae R. I. &c.*
methodo & ordine, usui forensi ac praxi *Austriacæ conformi* --
concinnatus a Georgio Josepho KOEGL de Waldmütz, *Cæs. Reg. Apostol. Maiestatis Pro-Generali Auditore in regno Hun-
garie, Tyrnav. 1760.* 8. pag. 87.
- g) Testatur id ipsum cit. *Unterricht für einen Feldprediger*,
cap. 3. §. 12. pag. 23. dum post verba, supra in not. c)
ad hunc ipsum §. de limitibus, præconi castrensi in ex-
ercendo munere suo adsignatis, proposita ulterius itibet:
„auch in dem Hauptquartier einer kaiserlichen und Reichs-
armée (angesehen auch das letztere allezeit vor ganz ca-
tholisch, wann gleich der in capite commandirende General
Evangelisch ist, gerechnet wird) keine Taufe, oder Commu-
nion.“



„nion, oder Krankenbesuch, ohne Vorwissen des *Patris generalis*, der dem Hauptquartier in ecclesiasticis vorgesetzt ist, vornehmen.“

- b) *Solemnia eiusmodi sacra* habentur in primis post consequitam ab imperialibus copiis in prælio victoriæ factamve fortalitii aliusve loci notabilis expugnationem, Deoque solemnies dicuntur gratiæ, seu, uti plerumque aiunt, *Te Deum laudamus*, canitur, quali in casu patri generali sive superiori adfistunt praœcones castrenses catholicæ, ceu observari legimus in cit. *Comitis de RHEVENHÜLLER Observations-puncten pag. 169. n. 11.* ubi inquit: „Da ein Te Deum bey der Armee gehalten wird, verfügt sich der *Regimentspater zu dem Pater Superior*, ihm in der Function, so in des commandirenden Generalen Gezelt gehalten wird, zu assiliven.“
- i) Facta generatim est huius ipsius iurisdictionis ecclesiasticae suspensio in *instrumento pacis Westphal. Osnabrugensi art. 5. §. 48.* „Jus diœcesanum & tota iurisdictionis ecclesiastica cum omnibus suis speciebus, contra Augustanæ confessionis electores, principes, status (comprehensa libera imperii nobilitate) eorumque subditos, tam inter Catholicos & Augustanæ confessioni addictos, quam inter ipso solos Augustanæ confessionis status, usque ad compositionem christianam dissidii religionis, suspensa esto.“
- k) Hunc ipsum patrem generalem, sive superiorem, episcopi castrensis Catholicæ instar esse, quum iam sit demonstratum, in praœcones castrenses Evangelicos horumque parochianos nulla illi potestas competere ex eadem ratione potest, ob quam in *instrumento pacis Westphalicæ Osnabrugensi art. 5. §. 49.* statutum: „In quibus civitatibus vero imperii mixtae religionis exercitium in usu est, Catholicis episcopis contra cives Augustanæ confessionis nulla sit iurisdictionis nulla sit iurisdictionis.“

l) Eius-

- I) Eiusmodi *sacrorum evangelicorum antisitēm*, *Feldprobst*, ha-
bet *exercitus Borussicus*, *observantibus Carolo Gottlieb
KNORR in gründlicher Einleitung zum Kriegsproces*, Halle
1738. 8. III. *Hauptstück*, §. 4. pag. 96. seq. & cit. *Georg.
Friedr. MÜLLER cit. Königl. Preußischen Kriegsrechts III.
Theil, cap. 2. §. 3. pag. 511. seqq.*
- ii) Sic *instrumentum pacis Westphalicæ Osnabrugense art. 1.*
§. 1. sequentem, *huc omnino adplicablem, continet dispo-*
“In reliquis omnibus (pacificatione ipsa non de-
“terminatis) autem inter utriusque religionis electores, prin-
“cipes, status omnes & singulos sit æqualitas exacta mutua-
“que, quatenus formæ reipublicæ, constitutionibus impe-
“rii & præsenti conventioni conformis est, ita ut, quod
“uni parti iustum est, alteri quoque sit iustum. ,”
- iii) Conf. cit. *Caroli Gottl. KNORR gründliche Anleitung zum
Kriegsproces*, III. *Hauptstück*, not. a) ad §. 4. pag. 97.

§. VIII.

*Exercitium religionis in castris publicum,
differt a privato & a domestico.*

Habere autem dictas in legionibus circularibus, in
bellum imperii eductis, parochias (§. VI.) cultum, seu *exer-*
citium religionis publicum, ad quævis a) *sacra extensum*,
omnesque *publicas b)* comprehendens solemnitates, vix
ac ne vix quidem dubitat *æquus rerum æstimator*.
Quemadmodum igitur tanquam *eximium cultus publici*
signum plerumque illa, quæ per campanas fit, parochia-
norum ad celebranda sacra convocatio adhibetur, cul-
tusque iste seu exercitium istud publicum ad omnia, quo-
rum celebratio etiam extra ecclesiam in re publica sese
ex erere



exserere potest, sacra pertinet; ita omnino campanarum loco, in exercitii religionis publici testimonium, in equestribus *c)* tubæ sonitu, in pedestribus vero legionibus *d)* tympanorum pulsu parochiani milites ad peragenda sacra convocantur, quæ ipsa etiam, adhibitis omnibus religionis suæ ritibus atque solemnitatibus celebrant præcones castrenses, omnes omnino aëtus parochiales publice pergentes, vestibusque clericalibus induiti in locis comparentes publicis. Differt autem a publico isthoc religionis in castris exercitio *privatum*, etiam in castris nonnunquam inveniri solitum, *religionis exercitium*, quod ipsum licet æque ac publicum interveniente pastorum *e)* ministerio fiat, omnino tamen restrictum magis est quoad aëtus *f)* externos, & in specie convocatio non solemnii tubarum tympanorumve sonitu pulsive, sed sola præfectorum inferiorum verbali citatione, fieri, sacraque etiam non in fronte ipsorum legionis castrorum sed post illa peragi, & in primis nonnunquam canendi libertas denegari solet. Differt tandem ab utroque hocce religionis exercitio *g)*, tam publico, quam privato, *domesticum religionis exercitium*, piis precibus & meditatione verbi divini, sine administratione sacramentorum & clericorum interventu, consistens, & omnino quoque ob generalem *h)* dispositionis, in pace Westphalica eatenus occurrentis, rationem iis relinquendum militibus, qui in legione quadam militant, cui neque publicum, neque privatum illius, quam illi ipsi profitentur, religionis exercitium competit.

a) De generali cultus publici conceptu vid. cit. *ENGAV. cit. element. proleg. cap. 3. membr. 3. §. 58.* & ill. *Ge. Ludov. BOEHMERI principia iuris canonici &c. Part. gen. tit. 2. §. 13. §. 14. pag. 8.*

b) Sic

- b) Sic cultum in castris publicum considerat quoque cit. *Unterricht für einen Feldprediger*, cap. 3. §. 4. pag. 18. & dicit: „öffentlichen cultu mit Trommelschlag, Gesang, und allen Ceremonien, ingleichen Administration der Sacramenten, Besuch der Lazaretten, und Begleitung der Malefanten zum Tode.“
- c) De equitibus, tubarum sonitu convocandis, dispositionem inventimus iam in Reuterbestallung Maximiliani II. §. 45. in FRITSCHII corpore iuris militaris pag. 16. & neuer und vollständiger Sammlung der Reichsahschiede III. Theil, pag. 326. Conf. quoque de eodem more, adhuc hodienum obtinente, *Christ. WILDVOGEL* in *dissertat. de buccinatoribus, eorumque iure, vom Recht der Trompeter*, Jen. 1711. rec. Hal. 1753. §. 40. pag. 37.
- d) De pedestribus legionibus intelligi debent ea, quae tradit *Jo. Conrad. CASPART* allgemeinen Kriegsrechlichen Unterricht rel. Eslingen 1745. 8. cap. 31. pag. 452. „Ein Tambour giebt durch das Spiel loco campanæ das signum, und citirt in die Kirchenversammlung.“ Conf. quoque cit. REGALS Reglement über ein kaiserliches Regiment zu Fuß. num. IV. §. 12. p. 39.
- e) Exercitium religionis utrumque, publicum æque ac privatum, interveniente pastore fieri, generatim observat laudat. *Ge. Ludov. BOEHMER* cit. tit. 2. §. 14. p. 8.
- f) De hoc ipso privato religionis exercitio, legioni cuidam concessio, intelligenda procul dubio sunt ea, quae leguntur in cit. *Unterricht für einen Feldprediger* cap. 3. §. 9. & 10. pag. 21. seq. „Bey solchem des Regiments Zustand sollte der Feldprediger, der gemeinlich als Secretarius in der Linie lauft, sich gefallen lassen, dass ihm bey Haltung des Gottesdienstes der Trommelschlag nicht, sondern allein die Ankündigung der Stunde durch die Unterofficiers gestattet, und dass er in der Campagne mit dem Gottesdienst von der Fronte zurück, hinter das Regiment, in Quartieren

F

„aber“



„aber in ein Haus irgendwo *verwiesen*, auch bis der catho-
 lische Gottesdienst vorbey, zu warten angewiesen wer-
 den. Hingegen solle er sich den öffentlichen Gottesdienst
 „in *Predigen und Betfunden*, auch insonderheit das *Gesang*
 „bey demselben (bey welch letzterem es iedoch auf die
 „*Observanz* des Regiments oder andere Umstände noch an-
 „kommen mag) nicht nehmen lassen, die Kinder der
 „Evangelischen Soldaten bey seinem Regemente (in Anse-
 „hung, dass die *Administratio sacramentorum* von dem ih-
 „nen zugestandenen öffentlichen Gottesdienst nicht sepa-
 „rirt werden kann) selber taufen, anwachsende *Kinder* zu-
 „ammen berufen und *unterrichten*: die *heil. Communion* zu
 „rechter Zeit anstellen und *administiren*, die *Kranke* und
 „*Arrestanten* fleißig besuchen, und sonderlich den *Zutritt*
 „zu denen *Kranken in das Lazareth* behaupten, auch die
 „Neogamos evangelicos, und zwar auch auf eines catho-
 „lischen Commandanten Concessions-Schein, aber ohne
 „Communication mit dem catholischen Feldpatre, gegen
 „welchem keine Subordination erkannt wird, *copuliren*
 „— — die Ausführung der *Maleficanten* aber kann der Feld-
 „prediger bey folchem des Regiments Zustand iure stricto
 „nicht prætendiren — — sich begnügen lassen, wenn
 „ihme die *Arrestanten* bis zur Ausführung zu *besuchen*,
 „und zu *communiciren* gestattet wird. „ Licet enim in his-
 ce verbis *des öffentlichen Gottesdienstes* mentio fiat, omnino
 tamen ex tota antecedentium & consequentium connexione
 patet, sermonem in dictis verbis non esse de publico isto,
 quod in huius ipsius §. VIII. principio a me describitur,
 religionis exercitio, sed cultum istum dici tantum publicum
 in oppositione ad domesticam devotionem, singulis
 militibus ab illa, cuius exercitium legioni concessum est,
 religione dissentientibus, nullo iure denegandam.

g) Quemadmodum in *cultum religionis publicum* in castris qua-
 drat illa sacrorum publicorum definitio, quam exhibit
*Joh. Henning. BOEHMER in diff. iuris gentium de privatis
legato-*

❀ ❀ ❀

legatorum sacris, Hal. 1713. cap. I. §. 13. pag. 17. „quod
 „sacra christianorum publica dicta sint *exercitium religionis*
 „*publice adprobatum & dominans, publicisque locis ex aucto-*
 „*ritate & præscripto principis stato tempore suscepturn, ut*
 „*omni libertate immunitateque gauderet:,, ita in cultum in*
 „*castris privatum cedit sacrorum privatorum descriptio,*
 „*quæ occurrit in cit. BOEHMERI modo cit. diss. cap. I.*
 „*§. 14. pag. 18. „Sacra privata hic dicuntur, quæ*
 „*in exercitio universi cultus divini, & sic etiam in administrati-*
 „*one sacramentorum consistunt, ut tamen nec publica aueto-*
 „*ritate, nec publicis in locis, nec publicis impensis fiant, sed*
 „*vel a singulis patribus familias, vel a quibusdam congrega-*
 „*tatis adornentur, interim tamen per ordinatum ecclesiæ*
 „*ministrum expediantur.,, Conf. quoque cit. dissertat. cap.*
 „*I. §. 20. pag. 23. Concedi solet eiusmodi exercitium reli-*
 „*gionis privatum legionibus evangelicis, in servitia ipsius Cæsa-*
 „*ris nonnunquam datis, uti patet non solum ex cit. Unter-*
 „*richt für einen Feldprediger cit. cap. 3. §. 8. pag. 20. sed ex*
 „*iis quoque, quae tradidit iam laudatus Comes de KHEVEN-*
 „*HÜLLER in cit. Observationspunktēn I. Theil pag. 167. num.*
 „4. — „so sich bey dem Regiment iemand einer andern
 „Religion befindet, so darf ein solcher Geistlicher oder
 „Prædicant nicht in die Casernes oder Compagniegassen,
 „noch vor die Fronte zu ihm hinaus kommen — — wir
 „haben zwar Exempel, das Regimenter, so völlig Luthe-
 „risch und Calvinisch gewesen, ihre pastores gehalten haben,
 „so aber nur dissimulirt worden, sie auch auf ihre Kosten
 „bezahlen müssen,, quæ ipsa verba, tolerantiam proban-
 „tia, maiorem æquitatem indicant, quam verba Joannis
 „KOSTKA in cit. observationibus militaribus art. 1. num. 3.
 „pag. 3. ubi ad differentias, inter copias imperiales atque cæsa-
 „reas, a se invicem, uti supra §. III. demonstratum quo-
 que est, certa ratione distinguendas, locum habentes, hancce
 non solum addit: „in ienem (exercitu imperiali) haben nach
 „Anleitung Westphälischen Friedenschlusses die Protestan-



„ren zugleich mit denen Catholischen ihre freye Religions-
„übung, bey den Kayserlichen (copiis cæfareis) aber wird
„keine zu übern gelitten, dann die Römisch-Catholische,
„sed huius posterioris quoque obseruantiaæ fundamentum,
quod mireris, in ipso instrumento pacis Westphalicae art. 5.
§. 30. deprehendi posse, sibi persuasit.

b) Suadet omnino id ipsum illa, quæ in instrumento pacis Westphalicae Osnabrugensi art. 5. §. 34. occurrit, dispositio sequens: „Placuit porro, ut illi catholicorum subditi Augustanæ confessioni addicti, & Catholici Augustanae confessionis statuum subditi, qui anno 1624. publicum vel etiam privatum religionis suæ exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non, qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam a territorii domino religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerentur, & conscientia libera domi devotioni suæ, sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia vero, uti & quoties voluerint, publico religionis exercitio interesse — — non prohibeantur. Conf. Just. Henning BOEHMERI cit. diff. de privatis legatorum sacris, cap. I. §. 20. pag. 23. & celeberr. Jo. Jacob MOSERI programma de exercitio religionis domestico, eiusdemque iure inter eos, qui diversa sacra colunt, Francof. ad Viadr. 1736. editum, & in eiusdem selecta iuris, cum publici, tum privati, itemque ecclesiastici, quæ Francofurti & Lipsiae 1745. 4. prodierunt, relatum §. 17. pag. 402. seq.

§. VIII.

Publicum religionis in castris exercitium tribuit parochis castrenibus I. ius publice verbum divinum prædicandi, II. ius baptizandi.

Quemadmodum vero publicum religionis exercitium I. comprehendit publicam verbi divini prædicationem; ita præter

præter publicas preces a) quotidie in primis pro salute, tam imperatoris b) augustissimi totiusque imperii, quam in specie quoque belli ducum atque ipsius exercitus c) fundendas, præmissa omnium ad eos audiendos per tympana tubasque d) convocatione, a legionum circularium imperialiumve concionatoribus castris, coram quibus

- stat circumfusa iuventus,
- pronasque ferox accommodat aures,

sermones e) sacri habentur quibus in usum rudiorum atque iuniorum catechesis salutari adiungenda videtur esse consilio. Eadem ratione, quum ad ipsum istud religionis exercitium pertineat quoque sacramentorum administratio, dicti quoque præcones castrenses illa ipsa iuxta religionis, quam cum adsignatis sibi parochianis profitentur, normam administrant, & proinde II. quum ratione exercitus imperialis non amplius severa illa Friederici I. imp. a Poeta relata lex:

Non erit in nostris nobiscum femina castris,

Qui reus extiterit, spoliis nudatus abibit

Turpiter & naso mutilabitur ille reciso,

obtineat, haudque raro, licet aliqua passim eatenus obtinere f) soleat, suadendaque videatur esse g) restrictio, milites sua in castris sequantur h) uxores, baptizant non solum i) militum, ad suam parochiam pertinentium, liberos, sed illos ipsos baptizare etiam posse militis alia sacra profitentis, eorumque in sua legione, aut alio, castris k) vicino, loco destituti, infantem,

— modo primos incipientem,

Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem,



vix ac ne vix quidem dubitandum videtur esse, quum quoad ipsa *l)* baptismi substantialia inter se non dissentiant evangelici atque catholici. Quemadmodum vero in genere quoad baptismum administrandum in casu necessitatis, a regula, parochum, hocque ipso deficiente alium clericum requirente *m)* receditur; ita omnino idem quoque dicendum est quoad ipsam baptismi in castris administrationem, in quibus prudenter videtur esse praconis castrensis, ut militem quandam, virum gravem, huius ipsius sacramenti sanctitatem ac gravitatem in primis perpendentem, modumque istud administrandi scientem, ad hoc, ut ipsius, absens forte, aut impediti vices *n)* eatenus gerere possit, eligat. Omnium autem a se baptizatorum infantum consignationem sicuti in genere ad probandam baptismi collationem factam habere debent *o)* omnes parochi, ita eandem, si non maiorem librorum baptismalium *p)* necessitatem praconibus castrensis esse impositam, æquus non dubabit rerum æstimator.

- a) De precibus matutinis atque vespertinis*, quotidie habendis vid. *Kriegsordnung und Disciplinpunkten*, so bey der Kayserl. und des heiligen Reichs Arme zu beobachten, publicirt worden, de anno 1707. §. 2. § 3. in cit. LÜNIGII corpor. iur. militar. pag. 172.
- b) De precibus, pro imperatore fusis, duo programmata edidit JCtus eximius, B. Chr. Gottl. BUDER Jenæ 1758. § 1759. 4.*
- c) Prævit eatenus formula eximia martyr Romanus apud Aurelium PRUDENTIUM de corona hymn. 10. vers. 425. referente tam Christ. Gottl. WOLFFIO in syntagmate iuris ecclæsiastici I. Theil. Leipzig und Budissin 1732. 4. tit. 7. §. 70. pag.*

pag. 673. quam Iust. Henn. BOEHMERO in diff. iuris ecclesiastici de iure precum publicarum, Hal. 1705. rec. 1733. cap.

1. S. 11. pag. 13.

„Nunquam pro salute & maximis
„Fortissimisque principis cohortibus
„Aliter precabor, quam fidele ut militent,
„Christique lymphis ut renascantur patri,
„Capiant ut ipsum cœlitus paraclitum,
„Cernant ut illud lumen æternæ spei
„Non succulentis influens obtutibus,
„Nec corporales per fenestras emicans,
„Puris sed intus quod elucet mentibus.

*d) Quomodo huic ipsi publicæ convocationi adiuncta olim
verbalis quoque fuerit citatio verbis Beriboldi van der BECKE in tract. de disciplina militari P. 2. c. 56. recenset sæpe cit. Carol. Aug. BOEHMER in cit. opusc. de iure militum ecclesiastico cap. 1. not. b. ad S. 11. pag. 35.*

*e) Pertinet omnino huc sequens consilium Jo. Franc. BUDDEI
in dissertat. de officio imperantium circa conscribendum militem. Hal. 1700. „Iis, inquit, quibus iniunctum est, ut
„sacrorum apud milites curam gerant, nulla prætermitten-
„da est occasio, non tantum intellectus erudiendi & imbuen-
„di notitia dogmatum, quæ scitu sunt necessaria, sed cum
„primis abhortationibus commonefactionibusque a virtus, qui-
„bus inquinata est (militia) voluntatem repurgandi. Ergo
„& nunquam non vitiorum apud milites frequentium fœdi-
„tatem demonstrabunt, exemplo hic omnibus præeunte
„Joanne Luc. III, 14. paucissimas sed sapientissimas viven-
„di regulas militibus præscribente: abstinet a concussioni-
„bus & fallacis, vestris stipendiis contenti. „ Conf. quoque cit. Caroli Aug. BOEHMERI opusculum de iure militum ecclesiastico cap. 2. §. 8. pag. 62. Laudem in primis quoque
hic meretur Sammlung einiger Predigten im Felde gehalten von
Anton Gottfried ALBERTI, Prediger zu Süderburg im Zel-
lischen. Zelle und Leipzig 1759. 8.*

f) Ta-



f) Talem libertatis maritos milites in castra sequendi restrictionem continet Reglement und Verpflegungs-Ordonnanz eines hochlöblichen Schwäbischen Creyßes vor dessen, dermalen auf Postirung verlegte Trouppen, wie man selbiges bey dem im Sommer 1742. gehaltenen allgemeinen Creyßconvent bis zu anderwärter Verordnung mit einander verabschiedet. Eslingen den 24. Jul. 1742. §. II. ubi numerus uxorum, dicta libertate gaudentium, statuitur, & additur: „es haben die Offiziers die über jene Anzahl vorbandene zu Haus zu lassen, oder dem Werstand wieder zuzuschicken, und sich deshalb durchaus keine Partialität zu Schulden kommen zu lassen.“ Repetita est hæc dispositio totidem verbis in Reglement und Verpflegungs-Ordonnanz eines hochlöbl. Schwäbischen Creyßes rel. Ulm den 18. Dec. 1743. §. II.

g) De cælibatu militum disputavit Jo. Wilb. WALDSCHMIDT Marburgi 1717.

b) De uxoribus militum dissertationem edidit Gerb. von STOECKEN Argentorat 1678.

i) De iure hocce parochiali circa baptisimum vid. cit. GNÜGEN cit. gründliche Anleitung zum Kriegsrecht, 15. Hauptstück, §. 261. ubi ex regula, supra a me quoque in nota a) ad §. VI. proposita: „Ein Regiment ist als ein gewisses Kirchspiel anzusehen“, sequentem, hoc pertinentem, struit conclusio nem: „weil es nun Rechtens, dass der Pfarrer eines Kirchspiels die Kinder, die in selbiger gebohren werden, tauft, und deshalb seine Gebühren bekomme, so gehört die Taufe der Soldatenkinder, und die deshalb zu zahlende Gebühren dem Feld- oder Garnison-Prediger zu.“ Conferantur quoque Justi Henning. BOEHMERI diff. iuris ecclesiastici de iure parochiali circa administrationem sacrorum: Hal. 1701. recus. ibid. 1734. cap. I. §. 27. pag. 24. § 25. & Abrab. Friedr. FALCKNERI disp. de eo, quod iustum est circa parochianos sub praesidio Petri SCHULTZEN Francofurti ad Viadrum 1697. habita, posteaque Lipsiae s. a. m. recusa cap. 3. §. 27. seq. pag. 40. seqq.

k) Quum

- k) Quam in nota h. ad præcedentem §. VIII. citatus art. 5.
 S. 44. *instrumenti pacis Westphalicæ Osnabrugensis* concedat
 civibus, in religione dissentientibus, ut *in vicinia, ubi e^g
 quiores voluerint, publico religionis exercitio interesse possint,*
 ad hocce ipsum vero religionis exercitium etiam sacramen-
 torum usus pertineat; cum *Casp. ZIEGLERO de iuribus
 maiestat. lib. I. c. 14. §. 4.* colligit *Just. Henning. BOEHMER
 in iur. paroch. sect. 4. cap. I. §. 29. pag. 206. § 207. Hal.
 1738.* subditis Augustanæ confessioni addictis, sed in pago
 Catholico habitantibus permisum esse, *alibi in vicinia in-
 fantes, ex se natos, baptismo offerre, quod ipsum ob ratio-
 nis æqualitatem etiam ad milites, Augustanam confessionem
 profitentes, in Catholica legione militantes, applicari posse,*
 omnino videtur. Conf. quoque *Gabr. SCHWEDER in col-
 lectione nova consiliorum iuridicorum Tübingensium Vol. I.
 cons. 86. n. 28. seqq. Nic. Cpb. L. B. de LYNCKER de eo,
 quod iustum est circa personas diversæ religionis, Jen. 1691.
 rec. ibid. 1744. Part. spec. sect. I. §. 13.*
- l) De baptismi substantialibus atque accidentalibus egi in *cit. Diss.
 iuris evangelicorum eccles. de iure principis circa ecclesiam rel.
 §. 5. § 6. pag. 39. seqq.*
- m) De baptismo, in casu necessitatis a quolibet Christiano ad-
 ministrando egi in modo *cit. diss. de iure principis circa eccle-
 siam rel. §. 6. pag. 47.* cui iungi adhuc potest *Jo. BRVNNE-
 MANNI tractatus de iure ecclesiastico, lib. I. cap. 4. §. 7. pag.
 35. § cap. 6. membr. 3. §. 2. pag. 139. edit. Vitemberg.
 1721. 4.*
- n) Jubet idem ipsum cit. *Unterricht für Feldprediger, cap. 2.
 pag. 11. seqq.*
- o) Ex libris baptismalibus collatum probari posse baptismum,
 post *Jo. Gottl. GONNE in diss. de probatione religionis, Erlang.
 1751. §. 32. pag. 56.* Jacobum Friedr. LVDOVICI in *diss.
 de effectu baptizmi iuridico, Hal. 1711. recus. ibid. 1745. §. 67.
 Jo. Rud. ENGAVIVM in elementis iuris canonico-pontificio-*



ecclesiastici, lib. I. tit. 30. §. 30. observavi in *cit. diss. de iure principis circa ecclesiam rel.* §. 7. cui iungi quoque potest *Sam. STRYKII tractatus de iure sensuum, Francofurti 1701. 4. editus, Diss. I. de visu, cap. I. num. 56. pag. 47.* ubi, quatenus in probanda ætate huius vel istius hominis fidem mereantur talia calendaria ecclesiastica, *Kirchen -* vel potius *Taufbücher*, docet.

p) Ad quæstionem: *wie beweiset der Feldprediger seinen gehaltenen Taufactum?* sequentia, modum conficiendi libellum eiusmodi baptismalem accurate determinantia, respondet cit. *Georg. Friedr. MÜLLER in Königl. Preußischen Kriegsrechts 3. Theil, 2. Cap. addit. 18. ad §. 7. pag. 535.* „Es muss „derselbe ein ordentliches *Protocol* darüber aufnehmen, „worinnen er derer *Kinder und Eltern Vor- und Zunahmen*, „den *Geburts- und Tauftag*, wie auch *derer Paten Namens* *eingetragen* rel. „,

§. X.

III. Jus sacram cœnam administrandi & confessiones audiendi.

Eadem ratione præcones copiarum circularium imperialiumve castrenses III. *sacram quoque administrant cœnam*, cui apud Catholicos, etiam a) interdicti, alias a perceptione sacramentorum excludentis, tempore, in castris administrandæ, celebrandæque missæ inserviunt altaria viatica b) seu portatilia, apud protestantes vero sufficit linteo obtectum, cui hostiæ vinumque imponantur, tympanum c). Habent autem cum hoc ipso evcharistiam administrandi iure præcones castrenses quoque, omnibus in genere parochis competens d) ius audiendi confessiones, quod ipsum utrumque ius licet ita proprium parochis castrenisibus e) videri

❧ ❧ ❧

31

videri forsan possit, ut militibus neque alium confessionarium eligere, neque alibi, nisi in casu necessitatis, ad sacram synaxin accedere liceat; omnino tamen etiam contingere casus posse, ubi miles parochianus, præterito castrensi suo parocho, alium sibi eligere f) confessionarium possit, vix dubitandum æquo rerum æstimatori videbitur esse, qui ipse etiam tanquam indubium agnoscat, in primis quoque quoad perceptionem sacræ cenæ locum habere illam ipsam, cuius verba supra (§. VIII. n. h.) dedi, pacis Westphalicae dispositionem, dissentientibus in religione subditis libertatem in vicinia, ubi & quoties voluerint, publico religionis exercitio fruendi concedentem, ita ut milites evangelici, in sua, cuius numeris adscripti sunt, legione religionis suæ exercitio destituti, ad alias legionis parochiam accedere, eiusque ministerio, suadente summo, quod in ipsis quoque legibus militaribus, supra (§. III.) adductis, ut quilibet miles pro suæ religionis norma Deum coleret, statuentibus, fundatum est, iure uti possint. In primis autem omnino caret dubio, quod, vi libertatis g) conscientia, in specie quoque militibus, in exercitu circulari imperialiे militantibus, salvæ (§. IIII.) nulla ratione ad adorandum Venerabile h) cogi possint milites i) evangelici.

a) Docet id ipsum quoque *Joseph. GIBALINVS in disquisitione canonica de sacra iurisdictione in ferendis pœnis, Lugd. 1655. fol. difſt. 7. Q, 14. conſect. 5.* de militibus, a vi interdicti immunibus, inquiens: „Quum in his omnibus probabile sit periculum mortis, potest illis ministrari sacramentum, in quibus aliis similibusque casibus distinguendum est periculum ab eventu futuro, et si enim non fit sequutura mors, est tamen *periculum mortis*, quod et si prævideatur vitandum, tamen adhuc revera exſiftit; quare quotiescumque alicui actioni periculum per se coniungit, „etum



„Etum est, etiamsi casu aliquo, aut ex constitutione pro-
pria & viribus, aut arte & sagacitate vitandum speretur,
poterit indulgeri in eo periculo versanti, quod ius com-
mune ratione talis periculi permittit, quia revera eius-
modi periculum, quod unum ius attendebat, existit, &
per accidens quodammodo est, quod ab illo aut illo evi-
tetur, lex enim istos casus rariores aut particulares non
attendit, sed quod frequentius contingit, & quando agit
de periculo, non requirit eventum certo futurum, alio-
quin non esset periculum duntaxat, ut patet., Conf.
cit. *Carol. Aug. BOEHMERI cit. opusc. cap. I. not. b. ad*
S. II. pag. 35. & 36.

- b) Altaris viatici talis mentio fit in *cap. 30. X. de privilegiis & excessibus prælatorum.* Conf. cit. *Car. Aug. BOEHMER cit. cap. I. not. i) ad S. II. pag. 36.* in genere autem *Just. Henn. BOEHMER in iur. ecclesiast. protestant. lib. 3. tit. 40. §. 53. seqq. & Jo. Andr. SCHMID de altariis portatilibus, Jen. 1695.*
- c) Idem observat *cit. Carol. Aug. BOEHMER in cit. not. i) ad S. II. cap. I.*
- d) Hoc ipsum *ius parochis competens* iuris canonici textibus probavit *Just. Henn. BOEHMER in disp. iuris ecclesiastici de iure parochiali circa administrationem sacerorum, Hal. 1701. rec. ibid. 1734. cap. I. §. II. pag. II. & 12.* cui iungatur quoque *cit. FALCKNERI disp. de eo, quod iustum est circa parochianos, cap. 3. §. 45. seqq. pag. 52. seqq.*
- e) Visum ita fuit saepe laudato *C. A. BOEHMERO in cit. opusculo de iure militum ecclesiastico, cap. 2. §. 14. pag. 77.*
- f) Agnovisse videtur hancce confessionarium mutandi libertatem *M. Jo. Ludov. HOCKER in pastorali castrensi, oder nützlich und treuen Unterricht vor neu angebende Feldprediger rel. Frankfurt am Mayn 1710. 8. III. Theil, quæst. 26. Ob er (Feldprediger) einen fremden Officier oder Soldaten, der zu seinem Feldprediger kein Herz hat, zur Beicht annehmen könne?*

ne? Conf. quoque dissertatio historico-theologica de confessiorum origine, quam præside Jo. Leonhardo FROEREISEN Argentorati 1748. defendit Jo. Phil. BEYKERT sect. 2. §. 11. not. a. pag. 39.

- g) Suadet omnino id ipsum ipsa *conscientiae libertas*, quæ ipsa præter leges, supra adductas, stabilitur quoque in *instrumento pacis Westphalicae Osnabrugensi*, art. 5. §. 48. ubi, licet quidam Augustanæ confessionis subditi subiiciantur catholico-rum iurisdictioni ecclesiasticae : „Catholicorum A. C. addi- „cti status provinciales & subditi, qui anno 1624. ecclesia- „cām iurisdictionem agnoverunt, in is casibus modo dictæ „iurisdictioni subsint, qui Augustanam confessionem nul- „latenus concernunt: „tamen clausula libertatis conscientiae salvatoria sequens fuit addita : „modo ipsis occasione pro- „cessus nihil iniungatur Augustanæ confessioni vel conscientiae „repugnans. „ Conf. cit. E N G A V element. iur. canonico pontificio ecclesiast. lib. 2. tit. 6. §. 101.
- b) De non cogendis civibus evangelicis *ad fleclenda coram venerabili genua, istudque adorandum vid. in genere cit. Christ. Gottlieb WOLFFII syntagma iuris ecclesiastici, Tit. 2. §. 144. pag. 263. seqq.*
- i) Suadenda omnino eatenus est illa, quæ in cit. *Unterricht für einen Feldprediger, cap. 3. §. 11. pag. 22.* suppeditatur cautela: „die Göttliche Veneration des so genannten Venerabilis solle er sich und seinen Zuböfern nicht zunutzen lassen; sondern die Processiones evitiren, so viel immer möglich ist, auch fleisige Erinnerung thun, dass an Frohnliechnam-s und anderen Processionstagen die Wachen mit lauter Catholischen besetzt, oder doch nur den Catholischen auszurücken befohlen werde. „ Eandem, naturali æquitate & conscientiae libertate nixam, cautelam observatam videmus in verglichenem Reglement vor die in der Stadt Colln



am Rhein zur Garnison eingelegte Völker des Niederrheini-
 schen Westphälischen Creysses, wornach sich so wohl diese, als der
 Magistrat gemeldter Stadt zu achten de anno 1688. §. 11. pag.
 627. in cit. LVNIGII corpore iuris militaris, ubi statutum:
 „Protestirender Fürsten Trouppen und dieselbe commandi-
 rende Officiers sollen in Vorbeytragung des Venerabilis auf
 den Hauptwachen nicht gehalten seyn, hervor zu trethen, das
 Gewehr zu präsentiren, oder auch das Spiel röhren zu las-
 sen, sondern in denen Corps de garde, und sonstigen sich still
 halten, retiriren, und keinem Aergerniß geben, destoweniger
 nicht bleibt den vom Stadt - Commandanten zu ord-
 nenden oder sich sonstigen bey den Wachten befindenden
 Catholischen Unterofficiers, Tambours und gemeinen Sol-
 daten, bevorab in Vorbeytragung des Venerabilis her-
 vor zu trethen, das Gewehr mit gebührender Reverenz
 zu präsentiren, und das Spiel, wie bräuchlich, röhren
 zu lassen; man auch die ordinari Procesionen gehalten wer-
 den, bat dasiger Magistratus die Vorſorge zu thun, daß die
 Corps de garde und Wachposten an solchen Oertern, wo die
 Procesionen vorbeigehen, mit Catholischen Officiern besetzen,
 und also allen Inconvenienzen vorgelieget werde. „ Anno
 1741. agitata in Suevico circulo fuit questio: Ob ein Catholi-
 scher Creyßmitstand seine unterhabende Evangelische Creyßsol-
 daten bey dem Frohleichnamstage zum Paradise und Nieder-
 knien zwingen, oder er midrigen Falls seiner Evangelischen
 Mannschaft den Abschied geben könne? ceu recentet supra
 laudatus perillustris AVCTOR actemnässiger Nachrichten von
 der Religionsübung der Creyßvölker, so wohl Evangelischer als
 Catholischer in vermischten Reichscreyßen §. 6. pag. 27. ubi
 rationes pro negativa sententia adducit varias, notatque in
 primis, quod in imperiali fortalito Kehl evangelica sacra
 sequentes milites inter eiusmodi processionum solemnia non
 comparere fuerint soliti, solis comparentibus catholicis.

§. XI.

§. XI.

IV. Jus ægrotos ac damnatos ad mortem
parochianos præparandi , hosque ad
locum supplicii publice
comitandi.

Dictum (§. X.) confessiones audiendi , sacramque ev-
charistiam parochianis suis administrandi ius , parochis
competens castrenisibus, exserit se in primis IV. *quod ægrotos*
& condemnatos ad a) mortem parochianos suos, ad seriam
eo magis excitandos pœnitentiam , quo verius de immor-
tali dicendum est Deo , quod de gentilium diis cecinit Lu-
canus :

Quis enim læsos impune putaret
Esse deos?

Vi publici enim religionis exercitii, non *aditus b)* solum illis
ipsis *ad valetudinaria* patet , salutique militum, cum morte
in iisdem *c)* confitantium, invigilant, confessiones audiunt,
sacramque illis ipsis porrigit evcharistiam, illaque eorum
dem ratione peragunt omnia , quæ ipsa , quam profiten-
tur, requirit religio ; sed in primis quoque *condemnatos d)*
ad mortem milites, præparatione *e)* ipsorum, quantum tem-
poris, illis ipsis ad pœnitendum *f)* dati, ratio patitur, præ-
via, *ad locum supplicii publice comitantur*, quam ipsam comi-
tandi facultatem vindicare sibi nequeunt præcones castren-
ses, quibus privatum (§. VIII.) tantum atque restrictum re-
ligionis suæ competit exercitium , licet illis etiam hoc in
casu, antea condemnatos adeundi atque præparandi facul-
tas eadem ratione denegari non posse videatur , qua dene-
gandam



gandam non esse illorum admissionem ad decumbentem in valetudinario militem, supra dicta dictarum trium religio-
num æqualitas ipsaque in libertate conscientiae, salva omni-
bus etiam militibus relinquenda, fundata æquitas omnino
suadet.

- a) *Condemnatis ad mortem delinquentibus sacram non denegandum esse cœnam, docet Nic. Chph. L. B. de LYNCKER in diss. de eo, quod circa sacram cœnam iustum est, Jen. 1690. cap. 5. §. 25. pag. 96. seqq.*
- b) *Aditum huncce ad valetudinaria liberum utriusque religio-
nis præconibus castrisibus concedunt Puncten, wornach sich
des hochlöblichen Schwäbischen Creysses sämliche Infanterie und
Cavallerie Regimenter der Lazarets Anstalten halber zu richten,
dd. Ulm den 12. Martii 1746. num. 6. „Nicht weniger sind
„auch die Geistliche beyderley Religion von den Regimentern
„Ablosungsweis von Monath zu Monath ins Lazareth zu
„beordern.“ Nec ullam eatenus statuendam esse differen-
tiam quoad circulares copias, non in castris, sed aliis in lo-
cis stationes sibi adsignatas occupantes, patet ex duplici Re-
glement und Verpflegungs - Ordonnanz eines hochlöblichen
Schwäbischen Creysses vor dessen dermalen auf Postirung verlege-
te Trouppen rel. dd. Eslingen d. 24. Jul. 1742. und Ulm dd.
18. Dec. 1743. §. 22. ubi iisdem verbis statuitur: „Und
„gleichwie 22. überhaupt kein lösliche Stadt oder Posti-
„rungsort weder in ecclesiasticis noch politicis gekränket
„werden folle; also werden dieselbe im Gegentheil auch
„nicht zu wider seyn, das zu Providirung der Kranken und
„Kindtaufen die Geistliche utriusque religionis auf Réquisition
„und gegen Ausstellung eines Reveres von dem comman-
„direnden Officier admittirt werden.*
- c) *De ecclesiastica hacce militum ægrotorum cura generatim
vide cit. HOCKERI pastorale castrense P. I. cap. 7. von der
Kranken Bedienung, pag. 75. seqq.*

d) Con-

- d) *Condemnari ad mortem posse milites in alieno territorio*, singi-
que quasi territoria militaria, in omnibus territoriis exem-
ta, omni caret dubio, notatumque aliquatenus fuit quoque
in *Henrici HILDEBRANDI commentatione de territorio clau-
so & non clauso, sive mixto, Altiorii 1715. defensa, & 1751.
recusa, cap. 1. §. 10. pag. 23.* ubi addit: „Es kann ein jedes
„Regiment in seinem Marche und Standquartier Pfäle und
„Galgen aufrichten lassen, & sic intelligendum est axioma
„germanicum: der Soldat trägt seinen Markstein im Sack.“
Eodem respicit quoque sëpe cit. *Unterricht für einen Feld-
prediger, cap. 3. §. 4. pag. 18.* ubi dicitur: „Angesehen das
„Regiment seine Jurisdiction auf ein jedes territorium mit sich
„nehmt, und unter sich absque violatione territorii solche exer-
„ciren kann.“ Conf. quoque *San. STRYKII diss. de transi-
tu militari, von dem Durchzuge fremder Kriegsvölker, Fran-
cof. ad Viadr. 1675. recus. Lips. 1745.*
- e) De præparatione isthac conf. in genere cit. *HOCKER P. I.
cap. 8. vom Maleficanten Zuspruch, pag. 97. seqq.* qui etiam
in *P. III. pag. 4; 8. inter quæstiones num. XXXI. quæstio-
nem: Ob sich ein Feldprediger müsse gebrauchen lassen, zu einem
Maleficanten, der, nur metu mortis gestraft zu werden, ausge-
führt wird?* proponit, & varia eatenus movet dubia, quæ
vero eo minorem merentur attentionem, quo certius est,
æquali ratione tam illum, qui ipsum mortis supplicium subire,
quam eum, qui metum mortis sustinere in pœnam debet, ad
feriam excitari posse conscientiam, mortemque præparari
beatam, qualis *præparatio* locum habere in primis potest
debetque, si ex superioris placito *tesseris luditur, enrumque
feliciori iactu alter delinquentium ab imminentे liberatur mor-
tis pœna*, de quali *sortitionis casu ac decimatione*, quoad
puniebant milites hodienum adhuc locum habente, videri
possunt *Henr. BODINI diss. de obsequio militum in defendendo
præsidio, Hal. 1701. rec. ibid. 1739. cap. 3. §. 5. pag. 60. seq.*
*Augustini de BALTHASAR dissertatio iuris criminalis de pœnae
capitalis exequitione perfecta non iteranda, Gryphismald. 1748.*



cap. I. §. 3. not. 4. pag. 12. Frieder. Aug. IVNII dissertatio de sorte, remedio subsidiario caussas dubias dirimendi, Lips. 1746. in primis §. 4. pag. 16. & 17. Jo. Friedr. HARNVSBERGER de sortitione pœnali bellica, Argent. 1684. rec. 1746. Jo. DECIMATOR de iure decimandi in delictis, Argent. 1722. Nicol. Guil. DRESSELII diss. de decimatione delinquentium, Jen. 1731. Ern. Flor. RIVINI diss. philosophica de sorte, pœnam capitalem inter delinquentes determinante, Lips. 1725.

f) Statuit quidem *constitutio criminalis carolina art. 79.* ad quem videri in primis meretur Jo. Paul KRESSII *Commentatio succincta in constitutionem criminalem Caroli V. imperatoris, Hannover. 1744.* pag. 226. seq. condemnatis ad mortem triduum concedendum esse ad pœnitendum; sed hoc ipsum triduanum tempus, (de quo generatim adhuc videri possunt Casp. QUESTELII *dissertatio academica de pulvinari morientibus non subtrahendo, von Abziehung der Sterbenden Hauptküissen, ex moralibus, divini iuris item ac artis medicæ principiis methodice proposita, & exemplis varioribus illustrata, Jen. 1718. cap. 2. §. 18.* Num bini ante exequutionem dies sufficient ad mortem violentam præparandis? pag. 32. seq. Ern. Jo. Friedr. MANTZEL. diss. circularis *Fanuaria de iurisprudentia, salutis civium æternæ rationem habente, Rostoch. 1735.* posit. 18. & 19. pag. 13. seq. Jo. Joach. CHEMNITZ *disp. de exequitione pœnarum, Argent. 1655.* §. 37. seq.) licet illo ipso non inclusos esse Protestantes, longiusque temporis spatum eis concedi, tradat cit. C. A. BOEHMER *sæpe cit. opusc. cap. 2. §. 8. pag. 67.* ad pœnitendum dare condemnatis ad mortem, non semper patitur disciplinæ militaris rigor.

§. XII.



59

§. XII.

V. Jus, impetrata prius venia, impertiendi parochianis benedictionem sacerdotalem.

Non autem solum milites, ad bellum castraque proficiscentes, suæ, quas habent, aut sibi adhuc, dum in procinetu sunt, omissa tali in casu, etiam sine speciali dispensatione, necessaria alias proclamatione, iungendas a) curant, uxores sequi non nunquam solent; sed in ipsis quoque expeditionibus castrisque uxores ducunt, qui

more patrum, dum strenua sustinet ætas
Præmia militiae pulverulenta sequi

amant, milites. Quemadmodum vero in genere parochis competit ius suis parochianis b), matrimonium ineuntibus, benedictionem impertiendi sacerdotalem; ita ratione præconis castrensis V. idem c) ius quoad ipsius parochianos prorsus est indubium. Notandum tamen circa illud ipsum est, quod sine d) codicillo indulti connubialis, quem a suis præfetis impetrare debent milites, novis benedicere non possit coniugibus sine gravissimo amittendi muneris sui e) præiudicio, licet de cetero omittere f) proclamationem, alias antecedere solitam, possit, dummodo & ipse de eo, an personæ, benedictionem ab eo petentes, ccelibes g) sint, aliisque nondum matrimoniali iunctæ vinculo, nec alia illarum coniunctioni h) impedimenta obstent, fuerit sollicitus. Quemadmodum vero eiusmodi castrensis parochus liberorum a se baptizatorum consignationem conscribere debet (§. IX.); ita simili ratione personarum, matrimonii vinculo sua benedictio-

H 2

ne



ne iunctiarum, nomina diemque nuptiale adnotare, iisque etiam acceptæ benedictionis matrimonialis i) testimonium dare debet.

- a) Si sponsus sit in procinctu itineris, militie vel reipublicæ caussa, specialem dispensationem ad proclamationem omittendam non esse necessariam, observavit *Just. Henning. BOEHMER*, tam in *disp. iuris ecclesiastici de iure parochiali circa administrationem sacerorum*, *Hal. 1701. rec. ibid. 1734. cap. 3. §. 7. pag. 47.* quam in *iure paroch. Sect. 4. cap. 3. §. 7.* cui iungi quoque potest *Bened. CARPOVII iurisprudentia ecclesiastica seu confistorialis*, *lib. 2. tit. 8. definit. 141. pag. 213. seq. edit. Lips. 1649.*
- b) Quemadmodum Sacraenta omnia, si ordinem & confirmationem excepferis, a presbyteris iisque parochis administrari debent in ecclesia Catholica, observante preter alios cit. *ENGAVIO in elementis iuris canonico pontificio ecclesiastici*, *lib. 2. tit. 3. §. 48.* ita idem quoque quoad sacramentum matrimonii dicta statuit ecclesia, notante eodem *ENGAVIO cit. loc. lib. 2. §. 105.* & benedictionem sacerdotalem impertiriuntur tantum parochi, a qua ipsa consuetudine, licet matrimonium sacramentis non adnumerent amplius, tamen nec hodiendum recedunt Evangelici. De benedictione hac videri in genere possunt cit. *Just. Henn. BOEHMERI cit. diss. de iure parochiali circa administrationem sacerorum*, *cap. 3. pag. 42. seq. Petr. MÜLLERI dissertation de hierologia, seu benedictione sacerdotali, in matrimonii negotio usitata*, *Jen. 1678.* & in eiusdem decade dissertation, *ibid. 1681. 4. Godofr. Ludov. MENCKEN programma, in quo vindicatur benedictionis sacerdotalis, quæ novis nuptis tribuitur, exhibentur. Vitemb. 1718. 4.*
- c) Hoc ipsum ius, præconibus competens castrenibus, defendit quoque *Adr. BEIER in cit. iuris militaris prudentia*, *lib. 2. tit. 13. thes. 2. num. 716. pag. 296.* ubi inter alia inquit: „*Co-pulationem sacerdotalem*, five benedictionem novorum con- „iugum

„iugum ab alio quam suæ cohortis sacerdote, citra colonelli
„ac sacerdotis sui consensum, petere, miles haud permittitur.

- ¶) Indulti hujus connubialis a milite, uxorem ducturo petendi necessitatem demonstrarunt Aug. Rud. Jes. BÜNEMANN in *commentatione de codicillis indulti nuptialis militum, sive vom Transbein*, Hal. 1736. 4. Steph. WAGA in *diss. de scheda nuptiali, seu instrumento concessionis ad matrimonium militis necessario, in primis quoad mores exercitus Borussico-Brandenburgici, Regiom. 1730*. Jo. Georg. BERTOCH *besonders Recht in Ehe- und Schwangerungsfachen der Soldaten, Zittau 1729*. 8. cap. 5. pag. 71. seqq. Godofr. Ludov. MENCKEN in *dissertatione de invalidis nuptiis chirurgi militaris sine consensa chilarche in Saxonia, Vitemb. 1726*. 4. Conr. Phil. HOFFMANN in *trac- tatione iuridica de matrimonio sexagenarii cum quinquagenaria, sensi cum iuvenula, & vetulæ cum iuvene, sive vom Heyrathen alter Personæ, Regiom. & Lips. 1743*. cap 2. §. 26 pag. 71. & 72. Jo. Petr. de LVEDEWIG in *differentiis iuris Romani & Germanici in consensu connubiali extra patrem rel. Hal. 1722. different. IX*. pag. 51. seqq. sœpe cit. C. A. BOEHMER in *opusculo de iure militum ecclesiastico*, cap. 2. § 14 pag. 77. seqq. cit. GNÜGEN in *cit. gründlicher Anleitung zum Kriegs recht*, 15. *Hauptstück*, §. 239. seqq. pag. 115. seqq. Casp. ACBAT. BECK in *commentatione de iure principis circa commu- bia ministrorum & vasallorum, Jen. rec. 1754*. §. 36. pag. 37. & 38. cit. Joach. Ern. de BEVST in *observationum militarium Parte III. Gotbæ 1746. edita*, cap. 6. O. 216. §. 3. pag. 301. seq. O. 226. §. 3. pag. 314. O. 228. pag. 315. O. 229. pag. 317. quibus observationibus iungi adhuc possunt cit. cap. 6. O. 236. pag. 329. & O. 237. pag. 319. quarum illa de pœnis militum sine consensu superiorum sponsalia ineuntium, bœc vero de pœnis sine consensu illo nuptias contrahentium agit.
- ¶) Hancce ipsam pœnam sacerdotes castrenses, militem, officia- lis sui consensu destitutum, cum uxore iungentes, manere
H 3 in



in exercitu cæsareo notavit laudatus *Comes de KHEVENHÜLLER* cit. *Observationspuncten* pag. 168. eandemque pœnam statuunt tam *Articulshriefe vor die Reichsvölker de annis 1672. & 1682.* in LÜNIGII corpore iur. militari §. 17. pag. 116.b & 148.b quam *Articulshrief derer Fürsten und Stände des Fränkischen Creyßes*, §. 15. cit. loc. pag 428.a & *Kriegsarticul des Oberrheinischen Creyßes de anno 1698.* art. 20. cit. loc. pag. 616.a ceu obſervarunt quoque cit. BÜNNEMANN in cit. *commentatione de codicillis indulti connubialis militum*, §. 21. pag. 18 & 39. cit. BERTOCH cit. *besondere Rechte in Ehe- und Schwängerungsfachen der Soldaten*, cap. 5. §. 1. pag. 72. & cit. de BEVST cit. *obſervation. militar.* P. 3. O. 239. pag. 332. seq. Conf. cit. GNÜGEN cit. *gründliche Anleitung* cit. 15. *Hauptſtück*, §. 253. pag. 123.

- f) Omitti in castris hancce proclamationem, obſervavit cit. C. A. BOEHMER cit. cap. 2. §. 16. pag. 83. seq.
- g) Colligit id ipsum tam ex *Articulshrief für die Reichsarmee de anno 1682.* §. 17. quam *des Fränkischen Creyßes* §. 15. cit. BERTOCH cit. loc. cap. 4. §. 5. pag. 41. cui iungi meretur *Articulshrief vor die Reichsvölker de anno 1672.* art. 17. pag. 116. seq. in LÜNIGII corp. iur. milit. & cit. HOCKERI *pastorale caſtreneſe*, I. Theil, cap. 9. §. 1. seqq. pag. 128. seqq.
- b) Quid eatenus considerare debeat atque attendere ante conſeſſionem indulti connubialis præfectus militiae, docet cit. de BEVST cit. P. 3. cit. cap 6. O. 230. pag. 319. qui ipſe ibidem in O. 235. pag. 324. seq. notavit, quod militiae præfectus ante ſolutam ipſi conſuetam pecuniam non teneatur dare militibus codicillum indulti connubialis.
- i) De tali testimonio, *Trauſchein*, plerumque dici ſolito, vid. cit. HOCKERI *pastorale caſtreneſe*, cit. I. Theil, cap. 9. §. 4. pag. 132.

§. XIII.



§. XIII.

VI. Jus aliquod circa funera militum
parochianorum.

Efficit omnino sæpius hodierna bellum gerendi ratio,
ut post prælium non solum, canente Juvenali, sint
paucæ sine vulnere malæ,

Vix cuiquam aut nulli toto certamine natus
Integer, adspiceres iam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos;
sed quoque ut in ipso prælio

plebs clamosa ruat sub tartara, nullo
Plangente occasum,

quali in casu, in primis imminente adhuc aliquo ab ho-
stibus periculo, factum est sæpius, ut

raptæ cadavera multo

Plurima tunc obiter sint tumulata metu.

Licet autem tunc a) consuetis alias sepulturæ solemnibus
quoad occisos b) milites singulos locus esse nequeat; omnino
tamen, si temporis quietisque, qua fruuntur milites, ratio pa-
titur, fieri potest, ut militibus, interque illos in primis præfe-
ctis c), solemnæ, nulla d) religionis ratione habita, ducatur
funus. Quemadmodum igitur unicuique parocho circa
funerum sepulturam parochianorum ius aliquod competit; ita
VI. idem ius castrensis quoque adscribendum est e) parochis,
hisque ipsis vindicandæ videntur esse conciones, quæ mi-
litibus,




litibus, ipsorum parochianis, forte habendæ sunt, funebres, cum illis, quæ pro tali labore sacro solvi solent, iuri-
bus f) stolæ.

a) Conf. cit. de FLEMMING vollkommener Teutscher Soldat, III. Theil, XLVII. Cap. von denen Begräbnissstädtēn deverb, die in einem Treffen geblieben, pag. 375. & cit. REGAL Reglement über ein kayserliches Regiment zu Fuß, num. XX. pag. 140. & 141.

b) Cœsos in bello milites, de quibus videri in genere potest Sam. Friedr. WILLEMBERGI dissertatione de honore in bellis cœsis debito, Gedani 1735. edita, non antiquis solum gentiliſimi temporibus, sed postea quoque a Christianis magno cultos honore fuisse, constat. Sic bardos, cœsos milites carminibus seu potius concionibus funebris laudantes, ita adloquitur LVCANVS lib. I. v. 447. seqq.

Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremtas,
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina, bardi.

Sic, referente Carolo Samuele SENFT in dissertatione histo-
rica de concionibus funebris veterum, Lips. 1688. §. 8.
pag. 9. „Socrates apud Platonem in Menexeno vel Epita-
„phio pag. 521. inquit: *Videtur apud plurimas gentes præ-*
„*clarum esse in bello occumbere.* Etenim, qui sic e vita mi-
„grat, funere & sepulcro magnificentissimo honoratur.
„Et siue pauper quis ita decadat, *laudatione non caret:*
„siue etiam vilius quispiam & ignorans, rursus a sapientissi-
„mis viris extollitur, & notante testimonioisque probante
eodem SENFT §. 18. pag. 14. mos vetus fuit Athenien-
sium publica concione laudare quotannis, atque inferias cele-
brare iis, qui pugnantes vitam profuderunt. Sic etiam
referente Friedr. SPANHEMIO in introductione ad chrono-
logiam & historiam sacram, ac præcipue christianam rel.
Amste.



Amstelodami 1694. 4 edita, pag. 937. & 938. Nicophorus Phocas, circiter anno 969. mortuus, edictum de militibus, qui in bello occubuerint, pari religione, quo martyres coli solerent, colendis promulgare voluit. Pro salute militum, in servitius severissimæ ac potentissimæ domus Austriae militaribus cærorum, anniversariam celebrari missam, rerum novarum relationes quotannis testantur.

- c) *Magnæ quidem in ducento militis funere non solent adhiberi solemnitates, sed plerumque in eo consistunt, ut sub sonitu tristiori tympanorum tibiarumque, ac buccinarum, comitibus defunctorum commilitonibus, corpora terræ mandentur, ceu generatim observavit saepè cit. C. A. BOEHMER in cit. opusc. cit. cap. 2. cit. §. 17. not. k. pag. 84. seqq.*
- d) *Quum in copiis cæsareis quoad solemnitates, in funeribus præfectorum militarium observandas, nulla ratione religionis observetur differentia, notante iam cit. REGAL cit. Reglement num. 20. pag. 140. eo minus adhuc quoad imperiales copias atque circulares talis admittenda videtur esse differentia, quum supra dicta trium in Germania adprobatarum religionum æqualitas quoad solemnia & honorem sepulturæ in genere stabilita sit in ipsa instrumenti pacis Westphalicae Osnabrugensis art. 5. §. 35. dispositione: Conf. quoque hic cit. de FLEMMING cit. vollkommener Teutscher Soldat cit. III. Theil, 48. Cap. von einer solennen Beerdigung eines Officiers, wenn er in einer Kirche, oder sonst in einer solennen Begräbnissstelle beygesetzter wird, pag. 376. seqq.*
- e) *Idem quoque docuit cit. C. A. BOEHMER saepè cit. opusc. cap. 2. §. 17. pag. 84.*
- f) *De iuribus stolæ, occasione sepulturae alias praestari solitis vid. Ge. Petr. STELZERI diss. de iuribus stolæ, Altorf. 1700. rec. Jen. 1756. cap. 3. §. 2. & 3. pag. 18. & in primis 25.*



§. XIV.

De castrorum præconum qualitatibus & vivendi ratione.

Quemadmodum vero ex haec tenus dictis, quo modo religionum, in Germania æqualiter adprobatarum, exercitum in castris exercituum imperialium atque circularium fieri, illisque sacris *castrorum* præesse soleant *præcones*, adparet; ita adhuc quoad hosce ipsos in genere monendum est, quod summa muneris huius gravitas *virum* semper requirat, *doctrina* a) *instructum* exigua, *prudentiaque* b) *pastorali*, si ulli usquam unquam pastori, certe illi ipsi necessaria, *præditum*, *pacificum* c), externæque etiam eo magis *studiosum* d) *bonestatis* ac e) *decori*, quo certius & de militibus hodiernis verum esse solet istud Virgilii:

Tum pietate gravem ac meritis si forte virum
quem

Conspexere, silent arrebatisque auribus adstant.

Quantum igitur abest, ut *castrorum* præco omnibus indistincte se immiscere possit societatibus, illasque in primis frequentare, in quibus, canente Juvenali,

- - nullus verbis pudor, aut reverentia mensæ,
& Lucretio,

- - religio pedibus subiecta vicissim
Obteritur;

tantum

tantum abesse omnino debet quoque, ut suam vivendi rationem ita austera reddat, ut ad illum milites istud Poëtæ:

Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto!
adplacent, aut omne militum ipse evitet consortium;
quum & in hocce ipso utiles egregiosque f) sermones
agendi, &

Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat
error,

suo g) exemplo demonstrandi, eoque ipso animarum
salutem, qua nihil prius nihilque habere antiquius de-
bet, promovendi, non omnis desit occasio. Quemad-
modum vero huic ipsi de sacris copiarum imperialium
atque circularium castris commentationi iagni finem
impono: ita Deum precor immortalem, ut

- - - - sanctissimus ille

Gentis humanæ pater atque custos

Omnis orbis christiani proceres civesque
doceat

Consulere patriæ, parcere adflictis, fera

Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,

Orbi quietem, seculo pacem suo.

-) De doctrina omnibus clericis necessaria, debitisque illo-
rum qualitatibus egi in cit. diss. de iure principis circa eccl-
esiā rel. §. 4. & in nota e. ad eundem §. pag. 17. & 22.
De præconibus castris in specie vid. Sigismundi SCHE-
RERZ manuale militarium, Luneburg. 1638. 12. Job. Chr.
LAMPENS gewissenhafter Feldprediger, Frankfurt 1710. 8.



in primis vero *Samlung verschiedener Auffsätze zum Vortheile neuangebender Feldprediger I. und II. Theil, mitgetheilt von Job. Heinr. PRATJE, Hamburg 1758. 8.*

- b) An ipsa hacce prudentia pastorali *viri iuvenes*, gravissimo isthuic muneri plerumque admoveri soliti, satis esse possint instructi, & annon varia ratione sacris castrenisibus melius consultum esset, si viri munere quodam ecclesiastico iam per aliquod tempus functi, casuumque variorum experientiam adepti, præferrentur illis? quæstio forsitan est non superflua, sed aliorum relinquenda decisioni. De *iuvenili clericorum ætate* in genere vid. *Sam. Friedrici WILLENBERGII dissertatio iuris ecclesiastici de non vocandis ad sacram ministerium*, §. 12. pag. 11. seqq. *De pastorali præconum castrensem prudentia* vid. *Regeln des Christenthums und der Klugheit für einen angebenden Feldprediger, in dem Etwas zum Vortheile neuangebender Feldprediger, in den Hannoverischen nützlichen Sammlungen 1757. pag. 849. seq.* & in cit. S. R. Jo. Henr. PRATJE *Samlung verschiedener Auffsätze zum Vortheile neuangebender Feldprediger I. Theil, num. III.*
- c) *Pacis amantes* debere esse clericos omnes, hocque ipsum pacis studium quoad ipsos quoque fidei adversarios ostendere, observavi in cit. *diss. de iure principis circa ecclesiam rel.* §. 4. pag. 25. cui iungi adhuc potest *Christ. THOMASII dissertatio de homicidio linguae, Hal. 1699. rec. ibid. 1716. §. 19. pag. 20. seq.*
- d) Laudandum etenim est monitum *Concilii Tridentini* saluberrimum in sess. 23. de reform. c. 1. „Sic enim decet omnino clericos, in sortem domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut *habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant, ut eorum actiones*“

*„nes cunctis adferant utilitatem. De interna externaque
clericorum honestate egit Jo. Alexand. Bernh. STRECKER
in diss. inaugurali iuridica de iuribus clericorum singularibus,
Erford. 1755. §. 7. & 8. pag. 10. seqq.*

- e) Decorum observare etiam debere castrenses clericos, ob-
servavit venerandus senex, celeberrimi Helmstadiensis
JCTi Franc. Dominici HAEBERLIN pater, adhucdum su-
perstes, Jo. Jac. HAEBERLIN in *commentatione de decoro
ministrorum ecclesiae*, quam *Altorsi* 1716. sub præsidio Jo.
Wilb. BAIERI defendit, §. 22. pag 38. ubi inter alia de
castrensi dicit sacerdote: „Ergo decet eum — — vestitus
„pro statu suo commodus, modestus tamen, nec milita-
„ris, aut levis. Gladio accinctum sclopetisque armatum
„prodire ministrum non decet, cuius arma militiae non
„sunt carnalia, sed potentia per Deum 2. Cor. X. 4.
„nec magnæ laudi ducitur Zwinglio a cordatis Theolo-
„gis, quod in bello tanquam miles, uti refertur, occu-
„buerit.“ Conferantur quoque cit. HOCKERI *pastora-
le castrense*, P. 3, Quæst. 5. Ob es einem Feldprediger an-
stebe, Degen zu tragen, und Gewehr zu führen? pag. 333.
& quæst. 6. Obs anständig, gefärbte Kleider zu tragen?
pag. 335. seqq. Jo. FECHTII Petrus gladio accinctus, ex
verbis Luc. XXII. dissertatione theologica descriptus. Rostoch.
1706. 4. & Jo. Alexandri Bernardi STRECKERI diss.
canonico-iuridica de iuribus clericorum singularibus, Erford.
1755. §. 9. pag. 12. ubi sequentem CONCILII TRIDEN-
TINI sess. 14. de reform. c. 6. dispositionem adducit: „etsi
„enim habitus non faciat monachum, oportet tamen
„clericos vestes proprio congruentes ordini semper de-
„ferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum ho-
„nestatem intrinsecam ostendant. „
- f) Conf. Kurze Sätze über verschiedene Materien, von denen
ein Feldprediger öfters zu reden Gelegenheit hat, als a) von
dem



dem Soldatenstande, b) von den Waffen der Alten, c) vom Kriege, d) von Kriegsfeindseligkeiten, e) von Feldschlachten, f) von Belagerungen, g) vom Siege, h) vom Frieden, in cit. PRATJE *Samlung verschiedener Auffsätze rel.*
I. Theil, num. V.

g) Quod minister ecclesiæ suo prælucere debeat exemplo, docent Adam. RECHENBERG in exercitatione theologica de officio ministri ecclesiæ, Lips. 1703. §. 47. & cit. Jo. FECHTIVS de domestica auditorum visitatione, ab ecclesiæ ministro instituenda, Rostoch. 1708. rec. ibid. 1712.



HC

51336

VD18



B.I.G.

Black

8

7

6

5

4

3


2

1

0

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26	50.80

Farbkarte #13




24

2.8 num. 36

DE
CASTRENSIBVS
EXERCITVVM IMPERIALIVM
ATQVE CIRCVLARIVM
SACRIS

DISSERIT
FRIEDERICVS GUILIELMVS
TAFINGER

PHILOS. ET V. I. D. HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD.
SERENISS. WVRTEMBERG. DVCIS
CONSILIARIUS.



TUBINGAE, LITTERIS ERHARDIANIS.
MDCCCLXIII.

